

Essex Archaeological Society. Occasional Publications. No. 1.

Cartularium Prioratus de Colne.

Transcribed and annotated by

JOHN L. FISHER, M.A., F.S.A.,

Hon. Canon of Chelmsford, and Hon. Archivist to
the Essex Archaeological Society.



COLCHESTER:

PRINTED BY WILES & SON LTD. FOR THE ESSEX ARCHAEOLOGICAL SOCIETY.

1946.

Price Ten Shillings.

ESAH REF:
P1010000

Cartularium Prioratus de Colne.

Transcribed and annotated by
JOHN L. FISHER, M.A., F.S.A.



COLCHESTER:
PRINTED BY WILES & SON LTD., TRINITY STREET.

1946.

Occasional Publications. No. 1.

This volume is dedicated to the memory of
SIR GURNEY BENHAM, F.S.A., as a slight recogni-
tion of the valuable services he rendered for
many years to the Essex Archaeological Society.

*The Society acknowledges its indebtedness to
Colonel W. G. Cardwardine Probert, the owner of
the chartulary, for allowing this transcript to be
made; and to the Essex Record Office, where the
chartulary is now deposited, and to Reuben Hunt,
Esq., of Colne Priory, for helping to bear the cost
of production.*

INTRODUCTION.

THE Chronicles of Abingdon Abbey narrate how Geoffrey, son of Aubrey de Vere, was treated for a serious illness by Faritius, abbot of Abingdon. At first he seemed to recover, but a little while later he died and was buried in the abbey. On his death-bed he granted to the monks of Abingdon the church of Kensington. This gift his father Aubrey confirmed, and at the same time made a series of additional grants including his church at Colne. In return Faritius ordained that two monks should celebrate daily for the souls of the de Veres in the church of St. Andrew of Colne (now Earls Colne). This was the origin of Colne Priory. The number of monks serving the chantry was increased. Permanent buildings were erected for them to the East of the church and the hall; and it was not long before they began to build their own church. The ordination of the chantry took place when Faritius was abbot of Abingdon and Maurice bishop of London, which fixes the date between 1101 and 1107. Henry I's confirmation charter of the year 1111 mentions the monks of Abingdon in the church of St. Andrew of Colne. Archbishop Ralph, c. 1120, gives his benediction to anyone assisting the monks to build a habitation at Colne. His successor, William de Corbeil, some ten years later still speaks of the settlement at Colne as a chantry. It is not till the priory-church was dedicated in 1148 that grants are made to the church of St. Mary at Colne. A charter of Earl Aubrey (Colne Chartulary no. 49) states that his grandfather and father were both buried in the church of the priory, which his grandfather founded. Aubrey de Vere I, grandfather of the first earl, appears to have died c. 1130, by which time the building of the priory-church may have begun, but it is quite possible that his body was first buried in the parish church and later interred in the priory.

Hubert de Montchesney, in return for gifts made to Abingdon Abbey, was granted by Abbot Faritius a similar privilege; two monks were ordained to serve in the church on his manor of Edwardstone. The gifts he made to Abingdon were later transferred to Colne Priory together with the service of the two monks. The priory's endowments were practically all derived from the family of de Vere and the satellite families of Beauchamp, Montchesney, and Fitz-Ralph. The de Veres were patrons of the priory throughout the four centuries of its existence, and the priory-church was their principal burying-place.

Almost every trace of the priory has been swept away, and it is only very recently that, through the careful excavation undertaken by Dr. Fairweather, the lay-out of the church and conventional buildings has been discovered. For the history of this monastery there is little documentary evidence; even the list of priors is far from complete. Such muniments of Colne Priory as still survive are preserved among the Probert MSS. now deposited at Chelmsford. These comprise the chartulary, here transcribed, two of the original charters it contains, a confirmation-charter of Edward II by which Abingdon Abbey recovered the church of Kensington and Colne Priory gained a considerable measure of independence, and some manorial documents, mostly of fifteenth-century date. Among these latter are some compotus-rolls which contain interesting details about the buildings and economy of the convent; on the dorse of a rental some thirteenth-century charters have been enrolled. Extracts made by Glover from a later chartulary are printed in *Monasticon*; this volume was in existence in the seventeenth century, but cannot at present be located.

For the early history of the priory and its endowments, the Colne Chartulary is the principal source of information. This has long been available to students in Cole's transcript (B.M. Add. MS. 5860), made in 1781, but except for a few items in *Monasticon* and in Morant's *History of Essex*, it has never been printed. Documentary evidence for the twelfth century is sparse, so that this manuscript is specially valuable, all the charters contained in it being prior to 1200.

Four priors of Colne are mentioned in this chartulary—Mainard, Hugh, Osbert, and Reginald. As will be seen in the note to no. 57, Hugh was prior at the time of the dedication in 1148. Mainard was prior c. 1150 (no. 58). A second Hugh appears in nos. 17 and 46, c. 1180, and Osbert in no. 37, probably a few years later. Reginald, mentioned in nos. 73 and 103, seems to have been prior at the close of the century. In the article on Colne Priory in the *Victoria County History* (Vol. II., p. 104) these priors are listed in a different order, while Anchitel, a prior not mentioned in the chartulary, is inserted c. 1185. Thus there were at least four priors of Colne during the last twenty years of the twelfth century, and there is insufficient evidence to establish their exact order; but Osbert, who is only known from no. 37, was certainly prior in the time of the first Earl Aubrey, and not, as stated in the *Victoria County History*, in the time of his successor.

The de Veres naturally figure conspicuously in the chartulary, and the family-tree appended to this volume is largely derived from the evidence of these charters. There is here no actual foundation-charter,

but the chartulary opens with two versions of Henry I's confirmation of the gifts of Aubrey de Vere I and his wife Beatrice to Abingdon Abbey, which resulted in the establishment of a chantry at Colne, from which the priory originated.

Three charters of Aubrey de Vere II, the king's chamberlain, are included, and one from Alice his wife. Roger de Vere, brother of the chamberlain, also appears as a benefactor.

Aubrey de Vere III, the first earl of Oxford, appears in a number of charters, from which emerge some details of his family not generally recognised. He seems to have been married four times. His first wife, Beatrice, through whom he acquired his title of earl of Guisnes, was divorced a few years after her marriage. Aubrey then married Euphemia de Cantelupe, who died c. 1150. His third wife, Agnes, appears in three charters, nos. 33, 46, and 47. In nos. 33 and 46, Aubrey, the earl's son, is mentioned, and in no. 47 his second son, Robert, is also included. Towards the end of his life Earl Aubrey, with his wife Lucia, founded the priory of Castle Hedingham, and Aubrey, his son and heir, confirming the grant, describes Lucia as his mother. Either she was his stepmother or else she must be identified with Agnes, who possibly changed her name to Lucia on taking the veil. It seems more probable that Agnes, wife of the earl c. 1160-1180, was the mother of his children, and that Lucia was the wife of his old age, outliving her husband by many years and becoming the first prioress of the priory which she had helped to found. Three sisters of the first Earl Aubrey figure in this chartulary, Rohese, wife of Geoffrey de Mandeville, and Juliana, wife of Hugh Bigod, who both appear as benefactors, and Alice, wife of Robert de Essex, who witnesses a charter. Altogether at least fifteen members of the de Vere family are included in the chartulary.

The de Vere charters are followed by a series of grants from three leading families on the borders of Essex and Suffolk—the families of Beauchamp, Montchesney, and Fitz-Ralph. From the Beauchamps Colne Priory received the Soke of Clare in Bures and the church of Hedingham. The Montchesneys granted land at Halstead and also the church of Edwardstone, where the monks of Abingdon had been maintaining a chantry similar to that at Colne; this chantry was now transferred to Colne Priory. The Fitz-Ralphs' principal gift to the priory was the church of Little Waldingfield.

There follows a number of lesser grants from various benefactors, including William de Chesney, sheriff of Norfolk, William Fitz-Otto, the goldsmith, Robert Fitz-Humphrey and Robert Fitz-Walter. Other benefactors are merely known from entries on the Pipe roll or from

other charters. Ernold Anglicus is probably grandfather of the Arnulph Anglicus who held in Tey c. 1220 (*Testa de Nevill*, p. 274). The name of Aitrop, son of Hugh Fitz-Geoffrey, is preserved in Aythorpe Roding; Henry, son of Reginald, and Roger, son of Gunter, have not as yet been identified.

The chartulary was undertaken about the end of the twelfth century and originally consisted of four quires each containing four membranes doubled so as to make eight folios. These thirty-two folios are written throughout by one scribe till near the end when his task has been completed by one or more continuators. About the middle of the thirteenth century an additional folio was inserted near the end of the first quire. A second version of the opening charter, the royal confirmation of the foundation, was transcribed c. 1400, and stitched on to the front of the first quire. It occupies two folios of slightly less size than the original ones. At the same time the chartulary was paged, and a few marginal notes inserted. On the folios transcribed by the original scribe space was left for headings to the several items; these have been filled in, not very intelligently, by a rubricator, who has also supplied several illuminated initials. Later marginal notes have been added in the eighteenth century, possibly by Cole. The writing of the original scribe is clear and easily decipherable, except on a few folios where the lower portion is worn and smeared. There is an occasional deletion by dots below the unwanted letters, and a few corrections by letters superimposed. There are very many contractions, indeed almost every other word is contracted, the symbol usually employed being ~. Some of the contractions are difficult to resolve with certainty; in a few cases, such as l for *vel* and g for *erga*, only the final letters are shewn. Typical twelfth-century characters in this chartulary are the tall C and E with medial loops. *And* is represented by both the ampersand and the plus sign; as their use is not altogether arbitrary they have been distinguished in this transcript by retaining a symbol for the plus sign and extending the ampersand to *et*. A peculiarity of the scribe is the insertion of a capital in the middle or at the end of a word, e.g. BoSevile, VeR, TresGoz, BaaRd, CoKefeld, and CleRICO; uu is sometimes substituted for w, and on one occasion Uu for W. Neither the punctuation nor the use of capitals, as they appear in the original, have been adhered to in this transcript.

A feature of this chartulary, which will be highly appreciated by students is that the lists of witnesses appended to each charter are inserted in full. This has materially assisted in dating the several items.

Only two of the original charters have survived, but these have been so faithfully transcribed in the chartulary that it may be presumed the other items have been copied with equal accuracy. Interpolations have been made in some cases, e.g. in no. 31.

The chartulary in its present state comprises 36 folios, measuring 7-5/16ins. x 5 $\frac{1}{4}$ ins.

Folios 1 and 2 are slightly smaller and were written *c.* 1400.

Folios 3-9, 11-32, and the first eleven lines of folio 33 comprise the original chartulary, all in the same late twelfth-century hand, with rubricated headings and illuminated initials.

Folio 10 is a mid-thirteenth-century addition; the stub appearing between folios 3 and 4.

At line 9 on folio 33 the ink changes. The handwriting is similar but not quite identical to that of the original document. There is no rubrication; a space has been left for an ornate initial but this has never been supplied.

Folio 34 is in a very different hand and in blacker ink; it was probably added in the reign of King John. At line 20 the writing is in a smaller but similar hand.

Folios 34v and 35 are in another early thirteenth-century hand. The lower half of folio 35 has been cut away.

Folio 36 is a blank inner wrapper of rough parchment.

A small portion of the end cover remains, fortified with leathern studs to hold the stitching.

In this transcript for convenience of reference the various items have been numbered; needless to say no such figures appear in the original. To very few of the charters can an exact date be assigned; for the others approximate dates have been suggested.

Students will note a number of apparent errors in the text, e.g., *Jordane* for *Jordano*, and *Gaufridus* for *Gaufrido* on p. 29, and *patrentum* for *parentum* on p. 40. One cannot be certain whether these appeared in the original charters or are due to the carelessness of the scribe.

et dicitur fructus et radix ipsorum habet testiculus sed de
eius hinc de nichil agitur. Vnde de cibis. Mense. Et cibi
tunc. Gaudent pistorum granarium eorum.

Carta vero de exortatione de cibis de officiis et rebus aliis.

Venerabilis papa sanctus dominus lucius episcopus omnibus claret et filiorum eius
fuit plenarius et firmus. Regis de communione. et consolatus genitrix sua. Et
sicut nos concessisse. sed discessisse. et hac omnia nostra confirmasse voluntatem
et propria demissio deo et cetero sic coarctare de colum quicquidam deo deo
affidat et de cibis propriis habendis solam regnatur libenter ac
omnibus confraternis. et tenet nos pacem. et non est nisi
tenet deos de nobis tenet. Et quod ad illi praecepit de pietate tra
ia dic etate de colum velbam et propria demissio non coarctat. quod
non nobis est. Atque iste pars de colum apud eum velut in etate
picta etiam illam libere et quiete habet. et possidat imperium et regnum
in. Et omnes nostri misericordia defunctos habet. Et regis alio tempore
etiam hinc de nichil agitur. hinc de uniuersitate. Rubeo et velletri et
Rubeo hoc tempore pugnare. et pugna filii eius habet ardorem hoc tempore
Rubeo ut vult. belga fuit et pugna hoc eius. Gaudent pistorum illa
poterant. Et hinc facilius monachus. Et omnes alii.

Carta vero de cibis.
Dominus noster Iesu Christus. et omnis iste mundi fidelis.
Regis de ueritate. Hoc si nobis quod igitur impudicum deliciatum primum
est. non concedere in pietati demissio. deo et patre coarctare. et rego
et non de colum trans genitrix etate de vallentia feld. et. et. et. et. et.
Et non deos de nostro inter. et decimas hominum misericordia. Et de
modum que de misericordia defunctis pacem habet. Tali pacto. in etate
de colum sacerdotum uniuersitat. qui inter se et confraternis. et in etate

Cartularium Prioratus de Colne.

1. *Prima fundacio ecclesie de Colne.*

f. 1.

Omnibus ecclesie dei fidelibus sub regimine meo notum fieri volo
quod ego Henricus dei gratia Anglorum rex pro peccatorum meorum
remissione & anime mee salute deo & beate Marie in Abendonensi
ecclesia & sancto Andree in Colensi ecclesia que ut filia matri et
membrum capiti subiecta & coherens est ecclesie Abendonensi concedo
& in eternum permanere auctorizo omnes illas donationes quas Albricus
de Veer & uxor eius Beatrix & eorum filius Albericus cum fratribus
suis eorumque homines iam fecerunt vel facturi sunt supradicte ecclesie
tam in ecclesiis quam in terris, hominibus, & decimis, molendinis, silvis,
& pratis, pascuis, & exitibus, quarum nomina rerum subnexa leguntur,
scilicet in Cola ecclesiam sancti Andree cum terra Ranulphi presbiteri
& cum omnibus ad ecclesiam pertinentibus et sexies viginti acras de
dominio & viridarium quod est ultra aquam cum vivario et terram
quam Serlo habuit sicut melius & largius unquam habuit ipse vel
aliquis antecessorum illius in pascuis & silvis & campis, et duas silvas,
scilicet Dodepollesho & Netherwode, & terram Goode x solidorum
de gablo & terram Edwini v solidorum de gablo, & xx acras de
dominio que cambite fuerunt pro terra Blakemanni & unum hominem
& quinque acras terre, & terram Almari Longi & terram Wulfini
forestarii, & molendinum & grangias, & ecclesiam de Dovercourt cum
xxx acris terre & cum omnibus sibi pertinentibus, in maneris, scilicet
Hethyngham, Belcheam, Laureham, Aldeham, Dovercourt, Benetley,
Rodyngas, duas partes decime de omnibus rebus & unum hominem
cum quinque acris, in Walda & Wadana medietatem decime et unum
hominem cum quinque acris, in Hethyngham duo molendina que
Aldewynus tenebat, de terra Adelelmi de Burgate decem solidos,
dimidiad decimam de Myblank de Cola & tertiam partem decime
Ranulphi Magni, et ecclesiam de Campys, et ecclesiam de Benetleia,
et ecclesiam de Bello campo et cum omnibus eis pertinentibus, et
silvam de Lytlyheya cum xx acris terre, apud Scaldewellam quadraginta

f. 1v.

solidos terre. Omnes vero has donaciones volo & firmiter precipio quod predicti monachi cum omnibus que iuste & legaliter adquisierint perpetualiter habeant & possideant libere & quiete in bosco, & in plano, in pratis, & in pascuis, in aquis, & molendinis, et exclusis, et piscariis, in viis, & in semitibus, in civitate, & extra, & in omnibus rebus aliis & locis, cum soca & saca & tol & theam & infanganetheof & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus cum quibus prenominatus Albericus de Veer melius & liberius tenuit vel aliquis antecessorum suorum. Preterea concedo & precipio quod omnes res predictorum monachorum & homines sui proprii de domo sua sint quieti ab omni theloneo, consuetudine, & passuagio per totam Angliam,

f. 2. & prohibeo ne aliquis eos disturbet super decem libras forisfacture. Hiis testibus. Roberto Lyncolne episcopo. & Johanne de Baiocis. Ranulpho cancellario. Ebrardo archidiacano. & Waltero archidiacano. Willelmo Pevrello de Northyngham. Hugone de Boteler. apud Radyngas.

f. 3. 2. *Confirmatio Henrici Regis Anglie de possessionibus ecclesie de Colum.*

Omnibus ecclesie dei fidelibus sub regimine meo notum fieri volo quod ego Henricus dei gratia Anglorum rex pro peccatorum meorum remissione & pro mea omniumque predecessorum & successorum meorum salute concedo & regia potestate confirmo & in eternum permanere auctorizo omnes donationes terrarum ecclesiarum decimarum reddituum libertatum vel aliarum rerum quas Albericus de Ver & uxor eius Beatrix eorumque heredes & homines cum posteritate sua & alii fideles iam fecerunt & facturi sunt deo & eius gloriose genetrici virgini Marie & monachis de Abendonia apud Colun in Essexia deo famulantibus. Scilicet, in Colun ecclesiam sancti Andree cum terra Rannulfi presbiteri & cum omnibus ad ecclesiam pertinentibus & sexies xx acras de dominio & viridarium quod est ultra aquam cum vivario & terram quam Serlo habuit sicut melius & largius unquam habuit, in campis & silvis & pascuis, & duas silvas scilicet Dodepolesh & Norwude & silvam de Littleheia cum xx acris terre & terram Gode decem solidorum de gablo & terram Eadwini v solidorum de gablo & xx acras de dominio que cambite fuerunt pro terra Blachemanni & unum hominem cum quinque acris et terram Elmari Longi & terram Wulfwini forestarii & molendinum & grangias. Et ecclesiam de Duvrecurt cum xxx acris terre & cum omnibus sibi pertinentibus. Et ecclesiam de Bello campo cum omnibus pertinentibus, et ecclesiam de Campis cum omnibus pertinentibus. In maneris, scilicet, Haingeham, Belcheham, Laureham, Aldeham, Duvrecurt, Bonetleia,

* margin. See f. 12, where is the charter of Alberic Vere.

Roinges, duas partes decime de dominio de omnibus rebus & unum hominem cum quinque acris. In Walda & Wadenho medietatem decime de dominio de omnibus rebus & unum hominem cum quinque acris. In Haingeham duo molendina que Aldewinus molendinarius tenebat. De terra Adelelmi de Burgate x solidatas. Apud Caldewellam xl solidatas terre, dimidiam decimam de dominio de f. 3v. Miblanc de Colun, apud Bures totam decimam Ricardi filii Hadeline & Gileberti vicini sui excepta parte presbiteri, apud Canevellam tertiam partem decime Aluredi vicecomitis et duas partes decime Radulfi in eadem villa, apud Haingeham tertiam partem decime Rannulfi Mengui et tertiam partem decime Roberti Balci et de terra Guihumari et de terra Willelmi Grosvassal. Omnes vero has donationes volo & firmiter precipio quod predicti monachi cum omnibus que iuste et legaliter adquisierint perpetualiter habeant & possideant libere & quiete, in bosco & plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, & exclusis & piscariis, in viis & semitis, in civitate & extra, & in omnibus rebus aliis & locis, cum saca & soca & toll & theam & infanganetheof & cum omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus cum quibus prenominatus Albericus de Ver melius & liberius tenuit vel aliquis antecessorum suorum. Preterea concedo & precipio quod omnes res predictorum monachorum & homines sui proprii de domo sua sint quieti ab omni theloneo & consuetudine & passagio per totam Angliam & prohibeo ne aliquis eos disturbet super x libras forisfacture. Hiis testibus. Roberto Lincolne episcopo, & Johanne de Baiocis, & Gilleberto capellano, & Goisredo de Diva, & Hamone dapifero, & Rannulfo Meschine, & Willelmo Pevrello de Notingham, & Hugone de Bochelanda, apud Radinges.

3. *Confirmatio Henrici regis de ecclesia de Kinsyetona & aliis possessionibus.*

H[enricus] Rex Anglie, M[auricio] Lundonensi episcopo & G[illeberto] abbati Westmonasterii & H[ugoni] de Bochelanda & omnibus baronibus suis et ministris Francis & Anglis de Londonia et de Millenessa salutem. Sciatis me concessisse in tempore Faritii abbatis ecclesie sancte Marie in Abbendona ecclesiam de Chensuethetona et quicquid ad eam pertinet et terram in ipsa villa inter ecclesiam et terram aliam duas hidias de xij. xx^{ti} acris, quam Albericus de Ver dedit predicte ecclesie pro anima Gosfridi filii sui defuncti. Et eam ecclesiam cum terra predicta Abendonensis ecclesia in pace in perpetuum & quiete teneat. Testibus. Mathilde regina, & Eudone dapifero, & Willelmo Curci, & N[igello] de Oili, & Ur[sone] de f. 4. Abetot, & Roberto Malet. Apud Corneberiam.

4. *Confirmatio Stephani Regis Anglie de ecclesia de Kinsyntona & aliis rebus.*

S[tephanus], Rex Anglie, episcopo Londonensi & iusticiariis & vicecomitibus et baronibus et ministris & omnibus fidelibus suis Londonie & Midelsexe salutem. Precipio quod ecclesia sancte Marie de Abendona & monachi teneant ecclesiam suam de Chensindetona et terram suam ita bene & in pace & quiete & honorifice sicut Albericus de Ver eam illis dedit et sicut carta regis Henrici testatur quam inde habent nec super hoc ponantur inde in novam vel iniustam consuetudinem. Teste. Roberto de Ver. Apud Londoniam.

5. *Confirmatio Stephani Regis Anglie de possessionibus ecclesie sancte Marie de Colum.*

S[tephanus], Rex Anglie, comiti Willelmo filio suo, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, iusticiariis, comitibus, vicecomitibus, baronibus, ministris et omnibus fidelibus suis Anglie salutem. Sciant me concessisse & confirmasse in perpetua elemosina divisionem illam & donationem quam fecit Eufemia comitissa moritura de suo libero maritagio deo et ecclesie sancte Marie de Colun & monachis ibi deo servientibus, scilicet, centum solidatas terre in Clintune libere et quiete ab omni seculari servicio pro anima Matildis regine et comitis Eustachii filii mei et pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia sancte Marie de Colun istas centum solidatas terre habeat & in perpetuum possideat libere et quiete in omnibus rebus. Testibus. Ricardo de Luci. Ricardo de Canville. Roberto Steff[ani]. Apud Wudestoc'.

6. *Confirmatio eiusdem de aliis possessionibus.*

f. 4v. S[tephanus], Rex Anglie, corniti Eustachio, filio suo, et iusticiariis, & vicecomitibus, et baronibus, et ministris, et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis quia concedo et confirmo in perpetuum deo et ecclesie beate Marie de Colun et monachis ibi deo servientibus donationem illam quam Adam filius Warini eis fecit de d[ominio su]o de Colun quod est iuxta aquam. Quare volo & precipio quod illud bene & in pace teneant sicut Adam illud dedit & concessit. Testibus. R[oberto] de Ver, et Ricardo de Canville. Apud Norwicum.

7. *Confirmatio Stephani Regis Anglie de omni theloneo & consuetudine & passagio.*

S[tephanus] Rex Anglie omnibus vicecomitibus et ministris totius Anglie salutem. Precipio quod omnes res abbatis et monachorum de

Abendona et homines sui proprii de domo sua sint quieti ab omni theloneo et consuetudine et passagio, unde homines sui affidare poterint quod sue sint. Et prohibeo ne aliquis eos disturbet super decem libras forisfacture. Teste. W[illelmo] Martel. Apud Colum.

8. *Confirmatio Henrici Regis Anglie de eodem.*

H[enricus] Rex Anglie et dux Normannie & Aquitanie et comes Andegavie omnibus vicecomitibus et ministris suis totius Anglie salutem. Precipio quod omnes res abbatis et monachorum de Abendona et monachorum de Colun et homines sui proprii de domo sua sint quieti ab omni theloneo et consuetudine et passagio, unde homines sui affidare poterint quod sue sint. Et prohibeo ne aliquis eos disturbet super decem libras forisfacture. Teste, Warino filio Geroldi, camerario. Apud Colecestram.

9. *Confirmatio Radulfi Cantuariensis archiepiscopi de possessionibus ecclesie de Colum.*

Omnibus Christiane religionis cultoribus frater Radulfus indingnus Cantuariensis ecclesie minister salutem et dei benedictionem. Hortantes oramus & orantes hortamur karissimam vestre fraternitatis dilectionem ut gratia dei cuius servi & nostri cuius confratres sunt fratribus istis de Abendonie consilium & auxilium amicabiliter prebeat, ortatu enim nostro et consilio deo auctore & Henrici Regis assensu et obedientia Abendonensis abbatis comitante volunt in quadam ecclesia in Essexia ab Alberico de Ver sibi in elemosina collocata deo servire & ibi domos & edificationes monachis habiles construere, ad quod quicunque deo inspirante eos adiuverint vel consilium et auxilium prebuerint prebeat illis deus partem in omnibus beneficiis et orationibus nostris & mereant eterne beatitudinis remuneratione gloriari. Preterea auctoritate officii nostri inviolabiliter confirmamus, et in eternum permanere precipimus omnes donationes terrarum, ecclesiarum, decimatarum, reddituum, libertatum, vel aliarum rerum, quas Albericus de Ver & uxor eius Beatrix eorumque heredes vel homines cum posteritate sua iam fecerunt vel facturi sunt deo et eius gloriose genetrici virgini Marie et predictis monachis Abendonie apud Colun in Essexia deo famulantibus, scilicet, in Colun ecclesiam sancti Andree & terram Rannulfi presbiteri et cum omnibus ad ecclesiam pertinentibus et sexies viginti acras de dominio et viridarium quod est ultra aquam cum vivario et terram quam Serlo habuit sicut melius & largius unquam habuit in pascuis & silvis & campis, et duas silvas, scilicet, Dodepolesh & Nordwude et silvam de Littleheia cum xx acris terre, et terram Gode x solidorum de gablo, & terram Eadwini v solidorum de gablo, et xx

f. 5.

acras de dominio que cambite fuerant pro terra Blachemanni & unum hominem cum v acris, et terram Elmari Longi & terram Wulwini forestarii et molendinum & grangias; et ecclesiam de Duvrecurt cum xxx acris terre & cum omnibus sibi pertinentibus, et ecclesiam de Bonetleia cum omnibus pertinentibus, et ecclesiam de Bello campo cum omnibus pertinentibus, et ecclesiam de Campis cum omnibus pertinentibus, in maneriis, scilicet, Haingeham, Belcheham, Laureham, Aldeham, Duvrecurt, Bonetleia, Roinges, duas partes decime de dominio de omnibus rebus et unum hominem cum quinque acris; in Walde & Wadenho medietatem decime de dominio de omnibus rebus et unum hominem cum quinque acris; in Haingeham duo molendina que Aldwinus molendinarius tenebat; de terra Adelelmi de Burgate x solidatas; apud Scalbewellam xl solidatas terre; dimidiā decimam de dominio de Miblanc de Colun; apud Buras totam decimam Ricardi filii Hadeline & Gileberti vicini sui excepta parte presbiteri; apud Canevellam tertiam partem decime Aluredi vicecomitis et duas partes decime Radulfi in eadem villa; apud Haingeham tertiam partem decime Rannulfi Mengui et tertiam partem decime Roberti Balci & de terra Guihumari et de terra Willelmi Grosvassal. Presenti etiam scripto communimus & corroboramus omnia quecunque aliorum fidelium donatione vel aliis piis modis predicti monachi possederunt vel possessuri sunt dei et domini pape et nostra auctoritate prohibentes ne quis contra hanc institutionem & Henrici regis confirmationem sicut eius carta testatur has donationes sive possessiones predictorum fratrum infirmare subtrahere aut exactionibus aut indebitis consuetudinibus onerare presumat, quod si quis presumperit et huius decreti contradictor convulsor & temerator extiterit cum Iuda proditore eterno anathemati subiaceat nisi domino nostro Ihesu Christo et eius gloriose genetrici virginī Marie dingna penitentia satisfecerit. Pax dei et benedictio omnibus benefactoribus suis. Amen. Valete.

10. *Confirmatio T[heobaldi] Kantuariensis Archiepiscopi de ecclesia de Waldingefeld & aliis rebus.*

T[heobaldus] dei gratia Kantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Universati vestre notificamus quod nos auctoritate domini apostolici & nostra qui rem eius exequimur confirmamus & scripti nostri testimonio consolidamus monachis de Colun tertiam partem ecclesie de Waldingefeld cum xx acris terre et totam decimam de dominio Rogeri de Ver et de terra hominum suorum in eadem villa et ceteris omnibus beneficiis sicut eis predictus Rogerus de Ver in elemosinam perpetuam concessit et Everardus episcopus Norwicensis

confirmavit. Duas preterea partes decime de dominio Radulfi filii Ade in prenominata villa de Waldingefeld munimine perpetuo confirmamus sicut ipsius Radulfi donationis carta testatur. Sed et cetera omnia beneficia quecunque in ecclesiis, in terris, in decimis, in redditibus, sive in quibuslibet bonis iuste possident vel possessuri sunt perpetuorata esse precipimus. Et ne quis in ius eorum aliquam violentiam extendere presumat vel bona eorum diminuendo invadat sub anathermatis vinculo interdicimus. His testibus. Thoma Londonie, capellano nostro. W[illelmo] de Norehale. Magistro W[illelmo] medico. W[illelmo] & Ricardo de Clara, monachis. & Petro, clero nostro.

11. *Confirmatio T[heobaldi] Cantuariensis archiepiscopi de possessionibus ecclesie de Colum.*

T[heobaldus] dei gratia Cantuariensis archiepiscopus Anglorum f. 6. primas et apostolice sedis legatus sancte matris ecclesie filii & fidelibus salutem. Que ad honorem & utilitatem ecclesie dei statuta rationabiliter esse noscuntur in sua stabilitate conservare debemus. Inde est quod terram illam quam Albericus de Ver assensu regis Henrici in presentia Mauriti bone memorie Londonensis episcopi pro redemptione anime sue cum ecclesia de Kinsueta ecclesie sancte Marie de Abendona dedit pro duabus hidis defendendam pro omni servitio eidem ecclesie confirmamus et presentis scripti pagina communimus dei et domini pape cuius vice fungimur & nostra auctoritate prohibentes ne quis omnino contra predecessorum nostrorum et nostram institutionem & regum Henrici & Steffani sicut eorum carte testantur confirmationem donationem istam infirmare aut exactionibus aut indebitis consuetudinibus contra predictorum regum statuta honerare presumat. Valete.

12. *Confirmatio eiusdem de condonatione peccatorum omnium venientium hominum ad dedicationem ecclesie de Colum.*

T[heobaldus] dei gratia Cantuariensis archiepiscopus omnibus sancte ecclesie fidelibus salutem. Notum sit devotioni omnium fidelium me condonasse omnibus ad dedicationem sancte Marie de Colun uno quoque anno venientibus xx dies de penitentia peccatorum suorum unde confessi sunt.

13. *Confirmatio Willelmi Cantuariensis archiepiscopi de possessionibus ecclesie de Colum.*

Willelmus dei gratia Cantuariensis archiepiscopus et sancte Romane ecclesie legatus omnibus sancte ecclesie fidelibus atque filiis per Angliam

constitutis salutem & benedictionem dei & suam. Universati vestre notum fieri volumus nos confirmasse & munimento presenti roborasse omnia bona & possessiones & elemosinas in terris & ecclesiis decimis libertatibus aliisque rebus quecunque donatione Alberici de Ver vel uxoris eius Beatricis eorumque posteritatis vel aliorum fidelium seu aliis piis modis monachi de Abendonia apud Colun in Essexia deo famulantes possederunt vel possessuri sunt. Deinde sententiam quam antecessor noster dominus Radulfus archiepiscopus malefactoribus eorum imposuit dei & domini pape & nostra anctoritate corroboramus eorum vero benefactoribus fraternitatis tam cantuarie quam Abendonie participium concedimus atque donamus. Valete.

f. 6v. 14.

Omnibus Christiane religionis cultoribus Herbertus dei gratia Norewicensis episcopus salutem et dei benedictionem. Notum sit vobis nos confirmasse omnes donationes illas quas Hubertus de Muntkanesy fecit deo & ecclesie beate Marie de Abendona, scilicet ecclesiam de Eadwardestuna cum omnibus pertinentiis et duas acras terre iuxta ecclesiam et duas partes decime omnium rerum de dominio de Stavertuna & de Stanesteda et duas partes decime de redditibus molendinorum suorum et de pasnagio nemorum suorum et de Stavertuna totam decimam turbarum & cetera omnia quecunque in terris, in decimis, in libertatibus dedit vel datus est nostra auctoritate & sigilli nostri impressione confirmamus. Si quis vero ex successoribus suis has donationes datas vel dandas minuerit vel prevaricatus fuerit dei & beate matris & nostre maledictioni subiaceat nisi dingna penitentia deo & beate Marie satisficerit.

15. *Confirmatio T[heobaldi] Cantuariensis archiepiscopi de possessionibus ecclesie de Colum.*

T[heobaldus] dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas apostolice sedis legatus venerabili fratri et amico Willelmo eadem gratia Norewicensi episcopo & omnibus aliis sancte ecclesie fidelibus salutem. Super controversia que inter Radulfum filium Ade & Bernardum clericum de duabus partibus decimationis de Watlingefeld sub nostra presentia hoc modo sciatis esse transactum quod ipse Radulfus dat iam dicto Bernardo unam marcam argenti et ipse Bernardus illi Radulfo decimationem illam liberam & quietam ab omni reclamatione & querela de cetero in manu nostra refutavit & cartam quam inde habebat ei reddidit et fidem interposuit quod nullo modo contra hoc pactum venire presumeret. Istis testibus. Toma

Londonie, capellano nostro. Willelmo de Norhala. Magistro Willelmo, medico. Rogero Spate¹. Willelmo, & Ricardo de Clara, monachis. Waltero, clericu de Mideltona. Valete.

16. *Confirmatio Eberardi Norewicensis episcopi de ecclesia de Waldingefeld & aliis rebus.*

Eberardus dei gratia Norwicensis episcopus sancte universalis ecclesie filii salutem. Quoniam decrevit dei dispositio debere nos in ecclesia dei pastoris locum optinere per necessarium dirigendis sive proveendis eiusdem ecclesie negotiis studere, proinde universitati vestre notum fieri volumus nos confirmasse et presenti munimine corroborasse monachis de Colum tertiam partem ecclesie de Walingafeld cum pertinentiis suis, videlicet, xx acris et tota decima de dominio Rogeri de Ver tam sua quam hominum suorum & omnimodo beneficio quodcunque ex vivis sive defunctis evenerit, sicut Rogerus de Ver predictus licentia nostra & benedictione in perpetuam elemosinam deo & monachis prefatis concessit. Et huius namque ecclesie beneficio sacerdotem invenient qui in tertiam partem anni in prefata ecclesia ministret et consuetudinibus ecclesiasticis prout eadem tertia pars exigat respondeat. Auctoritate etiam nostra confirmamus predictis monachis de Colum duas partes decimatarum omnium rerum que debent decimari de dominio de Laureham & de Aldeham & cetera beneficia que in episcopatu nostro iuste possident vel possessuri sunt. His testibus Willelmo archidiacano. Hugone decano, et Hugone sacerdote de Walingaford.

17. *Confirmatio Gilleberti episcopi de possessionibus ecclesie de Colum.* f. 7.

Gillebertus dei gratia Lundoniensis episcopus omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos hee littere pervaenerint salutem in domino. Ad omnium vestrum volumus devenire notitiam causam que vertebatur inter dilectum filium nostrum H[ugonem] priorem et monachos de Colun & A[lexandrum] personam ecclesie de Roinges super possessione quarundam decimatarum & super violentia quadam priori & monachis ut dicebatur ab Alexandro illata hoc modo conquiesce. Memoratus A[lexander] in nostra & multorum prudentium & discretorum virorum presentia constitutus et a nobis diligenter requisitus utrum ecclesia de Colun predictas decimationes possederit coram nobis confessus est prescriptam ecclesiam de Colun dictas decimationes quibus se per Alexandrum spoliatos violenter fuisse monachi proposuerunt per

¹ Spe.

multos annos inconcusse possedisse et eas in pace tenuisse. Repromisit etiam dictus A[lexander] firmiter quod occasione possessionis quam ut dicebatur a monachis nactus est violenter nullam eis vel ecclesie sue in posterum controversiam movebit aut aliquas eis exinde lites suscitare studebit. Hec quidem gesta sunt ut utriusque ius ecclesie et de Colun et de Roinges conservetur illesum et nulla eis occasione predicta lesio generetur vel detrimentum. Nos itaque rebus sic coram nobis gestis sepedictis priori & monachis possessionem decimationum que causa litis extiterant episcopali auctoritate cum integritate restituimus & statu pristino in integrum reformato has utrique parti literas in testimonium indulsimus. Testibus. Gilleberto, archidiacano Middelsexie. Radulfo, archidiacano Colecestrie. Magistro Hugone a Lundonia. Magistro Ricardo a Storteforde. Ricardo de Saresbiri. Radulfo a Chilthona. Johanne Witeng, et multis aliis.

18. *Confirmatio Ricardi Lundeniensis episcopi de possessionibus ecclesie de Colum.*

Ricardus dei gratia Londoniensis episcopus omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Universitati vestre notificamus nos auctoritate officii nostri confirmasse ecclesie sancte Marie de Colum omnia beneficia que a domino Roberto Londonensi episcopo predecessore nostro in dedicatione eiusdem ecclesie de Colum confirmata sunt, scilicet medietatem ville de Colum Miblanc in omnibus et dimidium molendinum et ecclesiam cum omnibus pertinentiis, et ecclesiam sancti Andree de Colum Alberici cum omnibus pertinentiis et decimam de dominio & decimam pullorum de parco & molendinum et omnia que rex Henricus carta sua confirmavit, & ecclesiam de Duvrecurt cum omnibus pertinentiis, & ecclesiam de Bello campo cum omnibus pertinentiis, et ecclesiam de Chinswinetune cum omnibus pertinentiis, & duas partes ecclesie de Walingafelde cum omnibus pertinentiis ex donatione scilicet Radulfi filii Ade et Rogeri de Ver, & totam decimam de dominio Rogeri de Ver & Radulfi filii Ade, et duas partes decime de dominio de Haingeham & de vinea & de omnibus unde decima debet exire, & similiter de Aldeham & de Laureham et de Roinges, & de Roinges Grimbaldi totam decimam de dominio & ecclesiam cum omnibus pertinentiis, et duas partes decime de duobus campis Huberti dispensatoris in Tagalea & de ceteris unde decima debet exire, et duas partes decime Willelmi de Bures, & duas partes decime de Havechesha' Willelmi filii Ricardi, & dimidiam decimam de dominio de Walde & de Wadenho, & dimidiam decimam Thielis militis de Aldeham, & tertiam partem decime Ernaldi de Topesfelde & Warini Grosvassal & Radulfi de Hosden, de molendinis vero de la forde xx.

solidos, de molendino de Aldeham x solidos, de molendino de Haingeham xx solidos, & de Steffano de Bello campo xx solidos, de Burgata xv solidos, de Rogero de Montecanesy xiiij solidos & iiij denarios & duas acras & dimidiā prati, de Rogero filio Gunteri x solidos, de Ricardo filio Picardi iiiij solidos, de Roberto filio Mauricii & de matre eius iiiij solidos, de Liveva de la forde iij solidos, de Sutberia iiiij solidos, apud Roinges xxxij denarios, apud Colecestriam xvij denarios, de terra Algodi v solidos, de Ailward presbitero & de Atselmo xvij denarios pro terra quam dedit Willelmus de Chennei, de Gaufrido de Ver xl solidos, de Rahesa comitissa xl solidos, de Ricardo de Sartis viij solidos et decimam de molendino de Polheia et iiiij acras in Pubemers, de Willelmo filio Otonis xxxvij denarios, & f. 8 unam acram prati quam dedit Ermaldus Anglicus in Teie, de Herveo de Vals iij acras in Bello campo et unam acram de Petro de Haldestune. Hec vero et omnia quecunque monachi predicte ecclesie de Colum iuste & rationabiliter adquisierunt vel in futuro adquisituri sunt hac carta nostra confirmarnus & ne quis eos de his inquietare vel perturbare presumat sub anathematis vinculo interdicimus. His testibus. Ailwardo archidiacano, & Magistro Hugone, et Luciano clero. Roberto decano, & Willelmo, presbitero de Colum de Miblanc, et Helia, capellano de Colum.

19. *Confirmatio Willelmi Norewicensis episcopi de ecclesia de Eadwardstune.*

Omnibus sancte matris ecclesie fidelibus Willelmus Norwicensis episcopus salutem. Universati vestre innotescat quod iuxta tenorem instrumenti Hugonis de Monte canesi, quo concessit & confirmavit ecclesiam de Edwardestun ecclesie beate Marie de Colum cum omnibus pertinentiis eius consentiente Walchelino abbe & conventu Abendonie, concessimus eidem ecclesie de Colum et monachis in ea deo ministrantibus eamdem ecclesiam de Eadwardestun cum omnibus pertinentiis ipsius & cum omnibus que predictus Hugo in prememorato instrumento suo eidem ecclesie de Colum concessit & confirmavit. Ratam quoque habuimus conventionem eorum sicut in predicto Hugonis instrumento continetur expressa et eam huius nostre auctoritatis pagina & nostri sigilli impressione confirmavimus, salvo iure Norwici ecclesie & subiectione ac reverentia quam sepedita ecclesia de Eadwardestun eidem Norwici ut matri debet ecclesie. Testibus. Johanne, Gilleberto, monachis. Roberto. Radulfo capellano. Roberto Crasso.

20. *Karta ista scripta est in precedenti folio.*

G[illebertus] dei gratia Lundoniensis episcopus omnibus sancte

matris ecclesie filiis ad quos hec littere pervenerint salutem in domino. Ad omnium vestrum volumus devenire notitiam causam que vertebatur inter dilectum filium nostrum H[ugonem] priorem & monachos de Colum et A[lexandrum] personam ecclesie de Roinges super possessione quarundam decimarum et super violentia quadam priori & monachis ut dicebatur ab Alexandre illata hoc modo conquievisse.

f. 8v. 21.

Venerabili patri Gilleberto Lundoniensi episcopo et omnibus hominibus suis & amicis presentibus & futuris Juliana comitissa salutem. Sciat me concessisse & hac carta mea confirmasse deo et sancte Marie et monachis de Colum decimam de frugibus de toto marisco in Duvrecurt et de pastura in marisco, et pasturam centum ovium in eodem marisco ita quod sue sint proprie, et omnia que carta patris mei testatur. His testibus. Alberico comite, et Alberico filio eius. Michael de Turneham. Henrico clero. Willelmo, clero comitis. Osberto de Colum. Roberto, et Nigello. Josia, & Enea. Petro filio Alani, et pluribus aliis.

22. *Confirmatio Willelmi Norewicensis episcopi de ecclesia de Waldngefelde.*

Universis sancte matris ecclesie filiis Willelmus dei gratia Norewicensis episcopus salutem. Ad universitatis vestre notitiam perveniat nos concessisse & presentis scripti testimonio confirmasse dilectis fratibus nostris monachis de Colum ecclesiam de Walngafelde cum omnibus pertinentiis sicut carte Rogeri de Ver et Radulfi filii Ade quas nos ipsi vidimus plenius & firmius testantur. Suscepimus etiam presentatione persone, scilicet prioris de Colum, Magistrum Eadwardum in perpetuum vicarium qui loco prioris ecclesiam gaudeat et episcopalibus respondeat. Volumus itaque et episcopali auctoritate precipimus ut predicti fratres de Colum ecclesiam de Walingafeld & quicquid a prenominatis viris Rogero & Radulfo eis collatum est et ipsis cartis confirmatum libere & pacifice teneant et in perpetuum possideant, salva in omnibus ecclesie Norwici obedientia & debita reverentia. Testibus. Willelmo, & Rogero, archidiaconis Norwici. Ogero vicecomite. Huberto presbitero. Magistro Stangrim. Magistro Nicholao. Magistro Osberto. Magistro Eadwardo. Waltero de Mideltona. Bernardo capellano. Hugone filio Pagani. Willelmo, clero de Colum.

23. *Confirmatio Roberti Lundoniensis episcopi de omnibus redditibus ecclesie de Colum.*

Robertus dei gratia Lundoniensis episcopus omnibus fidelibus sancte ecclesie filiis salutem. Sciatis quod in die qua consecravi ecclesiam de Colum in honore & nomine dei et eius gloriose genetricis virginis Marie et beati Johannis apostolici & ewangeliste confirmavi et corroboravi ibidem in conspectu et audientia totius populi qui ad dedicationem convenerant redditus illius ecclesie a me dedicate & omnes possessiones quas in illa die possedit et liberas consuetudines quas habuit sine omni calumpnia cum satis alta & multototiens repetita voce si aliquis esset calumpniator illorum reddituum & ecclesie datorum. Quo auditio et confirmato sub anathemate male-dicendo conclusimus omnes ablatores & iniuriatores eiusdem ecclesie de his possessionibus tunc ibi presentatis et ceteris in futuro donandis quorum hec est subscripta annotatio. Medietatem ville de Colum Miblanc in bosco & plano et in omnibus rebus & dimidium molendinum et totam ecclesiam cum omnibus pertinentiis, & ecclesiam sancti Andree de Colum Alberici cum omnibus pertinentiis et decimam de dominio & decimam pullorum de parco & molendinum & omnia que rex Henricus carta sua confirmavit ecclesie sancte Marie de Colum, et ecclesiam de Duvrecurt cum omnibus pertinentiis et unum hominem cum v acris, et ecclesiam de Bello campo cum omnibus pertinentiis, & ecclesiam de Kinswinetune cum pertinentibus quam Ingulfus abbas Abendonie in nostra presentia perpetualiter dedit et super altare posuit communi assensu omnium fratrum de Abendonie qui asciverunt, & duas partes ecclesie de Walingafeld cum omnibus pertinentiis ex donatione scilicet Radulfi filii Ade & Rogeri de Ver et totam decimam de dominio eorum, & duas partes decime de dominio de Haingeham et de vinea et de omnibus unde decima debet exire, & similiter duas partes decime de dominio de Haldeham & de Laureham et de Roinges de omnibus unde decima exire debet, et de Roinges Grimbaldi totam decimam de dominio & ecclesiam cum omnibus pertinentiis, et duas partes decime de duobus campis Huberti dispensatoris in Tagalea et de ceteris unde decima exire debet, et duas partes decime Willelmi filii Ricardi de Bures, et duas partes decime de Havechesha' Willelmi filii Ricardi, & dimidiam decimam de dominio de Walde et de Wadeno, & dimidiam decimam Thielis militis de Haldeham, et tertiam partem decime Ernaldi de Toppesfeld & Warini Grosvassal et Radulfi de Hosden de omnibus unde decima exire debet, de molendinis vero de la forde xx solidos, de molendino de Aldeham x solidos, de molendino de Haingeham xx solidos, et de Steffano de Bello campo xx solidos, de Burgate xv solidos, de Rogero de Monte-

f. 9.

f. 9v.

canesi xiiij solidos & iiij denarios & duas acras & dimidiarn prati, de Rogero filio Gunteri x solidos, de Ricardo filio Picardi iiij solidos, de Rodberto filio Mauritii & de matre eius iiij solidos, de Liveva de la forde iiij solidos, de Suthberia iiiij solidos, apud Roinges xxxij denarios, apud Colecestriam xvij denarios, & terram Algodi que reddit v solidos, de Ailwardo presbitero & Atselmo xvij denarios pro terra quam dedit Willelmus de Kenney, Gaufrido de Ver quadraginta solidos, comitissa Rohesia xl solidos, de Ricardo de Sartis viij solidos & decimam de molendino de Polheia & iiij acras in Pubemers, de Willelmo filio Otonis xxxvij denarios, & unam acram prati quam dedit Ernaldus Anglicus in Teia, & tres acras terre in Bello campo quas dedit Herveius de Vals, & unam acram in Bello campo quam dedit Petrus de Haldestune. His testibus. Comite Alberico. Hugone, abbatte de Colecestria. Willelmo, abbate de Cogeshale. Hailwardo archidiacano. Fabiano sacerdote. Ailwardo, sacerdote de Colum. Willelmo, sacerdote de Colum Miblanc. Teodbaldo, sacerdote de Feringes. Willelmo, sacerdote de Stistede. Roberto, capellano comitis Alberici. Fulcone dapifero, & Petro eius cleric. Magistro Samsone, & Hamone, cleric de Stistede. Gaufrido de Ver. Gilleberto de Ver. Willelmo de Ver. Radulfo filio Ade. Adam filio Gunteri. Ernaldo de Topefelde. Pagano forestario.

24. Confirmatio Ricardi Lundoniensis episcopi de essartis de Stanstede.

Ricardus dei gratia Lundoniensis episcopus Waltero decano et capitulo de Haingaham salutem. Mando et precipio quatinus ecclesia de Colum duas partes decime de essartiis de Stanstede habeat & bene & in pace possideat, et insuper precipio & defendo ne aliquis eos amodo inde inquietet vel iniuriam inferat vel contumeliam faciat.

25. Confirmatio Roberti Lundoniensis episcopi de decima Thielis militis de dominio suo.

f. 11. Robertus dei gratia Lundoniensis episcopus universo clero & populo Essexie in domino salutem. Noverit* universitas vestra Thielem militem de Aldeham dedisse decimam de suo dominio ecclesie sancte Marie de Colum et monachis ibi deo servientibus, nos vero indignum ducentes supradictum militem ecclesiam suam de Aldeham expartem reliquisse deliberavimus et definitivimus ipsam decimam uno quoque anno dimidiandam inter predictas ecclesias. Hec compositio diffinita est in presentia nostra ne in posterum aliqua dissensio inter predictas ecclesias oriatur. Valete.

* foot-note, *verte folium sequens.*

26.

f. 10.
(inserted)

Anno millesimo centesimo quadragesimo octavo incarnationis domini nostri Ihesu Christi ego Robertus dei gratia Lundoniensis episcopus consecravi & dedicavi ecclesiam apud Colum in honore beate virginis Marie genetricis dei omnipotentis & beati Johannis evangeliste, & in populo vocatione facta ut accederet si quis calumpniam adversus aliquam possessionem ecclesie haberet nullo calumpniante confirmavi & corroboravi omnes possessiones quas in illa die ecclesia inconcusse possedit in terris, in ecclesiis, in decimis, sive in aliis elemosinis, et ne in posterum aliquid possessionis ecclesie quis auferre vel calumpniare presumat ex autoritate dei patris omnipotentis & filii & spiritus sancti atque ex vice beati Petri apostoli excommunicamus & anatematizamus & maledicimus omnes quicunque istius ecclesie possessiones abstulerint vel diripuerint vel depopulati fuerint vel scienter iniuste calumpniaverint; maledicti sint a sancta dei genetrici Maria & a sancto Johanne evangelista & ab omnibus angelis & archangelis & patriarchis prophetis & apostolis dei, amen; maledicti sint ab omnibus martiribus, confessoribus, virginibus, viduis, & ab omnibus sanctis & electis dei, amen; sicut fluit cera a facie ignis sic pereant malefactores huius ecclesie a facie dei omnipotentis, amen; sit pars eorum cum Data & Abiron quos terra vivos absorbuit, & cum Iuda proditore qui dominum pretio vendidit, amen; et sicut dominus beato Petro apostolo eiusque successoribus cuius vicem tenemus quamvis indigni potestatem dedit ut quocunque ligarent super terram ligatum esset & in celis & quocunque solverent super terram solutum esset & in celis ita illis si emendare noluerint celum claudimus & terram ad sepeliendum negamus ut dimergantur in inferno inferiori sine fine, amen. Fiat!!!

27. *Confirmatio Gilleberti Lundoniensis episcopi de condonatione peccatorum.*f. 11
(contd.)

Ego Gillebertus dei gratia Lundonensis episcopus omnibus sancte fidelibus ecclesie salutem. Notum sit devotioni omnium fidelium me condonasse omnibus ad ecclesiam sancte Marie de Colum venientibus in die annunciationis eiusdem virginis uno quoque anno xx dies de penitentia peccatorum suorum de quibus confessi fuerint.

28. *Ista scripta est in sequente folio. Hec legatia.*

Universis sancte matris ecclesie filiis Willelmus dei gratia Norwicensis episcopus salutem. Ad universitatis vestre notitiam perveniat nos concessisse et presentis scripti testimonio confirmasse dilectis fratribus nostris monachis de Colum eam donationem quam Rogerus

de Ver et Radulfus filius Ade eisdem monachis in liberam & perpetua elemosinam fecerunt de ecclesia de Waldingefeld & eius pertinentiis, sicut carte eorum quas nos ipsi.

29. *Confirmatio Ricardi Lundoniensis episcopi de relaxatione penitentiarum.*

Ricardus dei gratia Lundoniensis episcopus universo clero et populo Essexis dilectis filiis suis in domino salutem. Noverit universitas vestra nos de misericordia dei confisos x dies relaxationis penitentiarum quos predecessor noster bone memorie episcopus Gillebertus omnibus benefacientibus ecclesie sancte Marie de Colum in dedicatione cimiterii eiusdem ecclesie Idus Mai concessit, nos auctoritate officii nostri in septimanam Pentecostes transmutasse et in perpetuum confirmasse. Preterea innotescat vobis nos singulis annis viij dies penitentiarum relaxasse omnibus qui eidem ecclesie beneficium contulerint die commemorationis consecrati altaris quod nos in honore apostolorum Petri et Pauli et omnium apostolorum in die sancte Luce ewangeliste consecravimus & xl dies penitentiarum quos episcopus Robertus in dedicatione ecclesie indulxit concedimus et confirmamus.

f. 11v.

† 30. *Confirmatio Willelmi Norewicensis episcopi de donatione ecclesie de Waldingefeld.*

Universis sancte matris ecclesie filiis Willelmus dei gratia Norewicensis episcopus salutem. Ad universitatis vestre notitiam perveniat nos concessisse et presentis scripti testimonio confirmasse dilectis fratribus nostris monachis de Colum eam donationem quam Rogerus de Ver & Radulfus filius Ade eisdem monachis in liberam et perpetuam elemosinam fecerunt de ecclesia de Waldingefeld & eius pertinentiis sicut carte eorum quas nos ipsi vidimus plenius & firmius testantur. Volumus itaque et episcopali auctoritate precipimus ut predicti fratres quicquid a prenominatis R[ogero] & R[adulfo] in prescripta ecclesia vel eius pertinentiis eis collatum est et ipsorum cartis confirmatum libere & pacifice & iuste teneant, salva in omnibus ecclesie Norwicensis obedientia et debita reverentia. Testibus. Willelmo, & Rogero, archidiaconis Norewici. Ogero vicecomite. Huberto presbitero. Magistro Stangrim. Magistro Nicholao. Magistro Ricardo de Draitone. Magistro Waltero. Magistro Osberto. Ricardo de Risinges. Rogero clero. Magistro Eadwardo. Waltero de Mideltona. Hugone filio Pagani. Bernardo capellano. Willelmo, clero de Colum, et aliis.

* margin, *dedicatio cemetarii.*

† margin, *vide antea, f. 8v.*

31. *Karta Alberici de Ver de donatione patris sui et matris sue & hominum suorum.*

Albericus de Ver, regis camerarius, omnibus hominibus suis et amicis Francis et Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis universi me concessisse et hac carta mea confirmasse in perpetuam elemosinam donationes patris mei et matris mee & hominum meorum quas fecerunt deo et beate Marie et monachis de Abendonia apud Colum deo ministrantibus, scilicet, in meo Colum ecclesiam sancti Andree apostoli et totam terram Randulfi presbiteri in bosco & plano et prato et totam decimam de dominio et de villa et de parco de omnibus rebus que decimari debent et sexies xx acras de dominio et f. 12. virgultum quod est ultra vivarium cum vivario et molendinum de Coleford cum omnibus pertinentiis et ultra pontem de Coleford pasturam quamdam que dicitur Mers et unam acram prati et unam rodam in Brademed et pratum suum quod habent in Kineburne & Litiland et superius ibi iuxta dimidiā acram prati et unam rodam, et duas silvas scilicet Dodepoleshō et Littleheia cum xx acris terre et terram Gode et terram Eadwini braciatoris et terram Elmari Longi et terram Wulric Mucche et omnes alias tenuras eiusdem ville quas predicti monachi vel homines eorum extra parcum habent in bosco & plano et prato libere et quiete ab omni seculari servitio michi vel meis pertinente, salvo tantum modo regis servitio scilicet quod monachi cum hominibus suis facere debent quartam partem regis servitii quod villa de Colum regi debet; et ecclesiam de Bello campo et terras pertinentes cum tribus acris prati et totam decimam de dominio et de virgulto et de villa de omnibus rebus que decimari debent, et communitatem pasture pecoribus dominicis monachorum cum pecori- bus meis libere & quiete in perpetuum; et ecclesiam de Duvrecurt & terras pertinentes et totam decimam de dominio et de villa & de piscaria & de omnibus rebus que decimari debent et centum ovium pasturam in marisco & unum hominem cum quinque acris libere & quiete in perpetuum; et ecclesias de Campis et de Boneteleia cum omnibus pertinentiis suis quas pater meus cum supradictis ecclesiis in primis fundementis ecclesie in liberam & perpetuam contulit elemosinam; et in Roinges Grimbaldi totam decimam de dominio et ecclesiam cum omnibus pertinentiis; et ecclesiam de Colum Miblanc cum omnibus pertinentiis suis; in maneriis, scilicet Haingaham, Laureham, Aldeham, Roinges, duas partes decime de dominio de omnibus rebus que decimari debent; in Walde et Wadenho medietatem decime de dominio de omnibus rebus que decimari debent, et apud Haingaham tertiam partem decime de terra Rannulfi Mengui et de terra Roberti Balci et f. 12v. de terra Guiumari et de terra Willelmi Grosvassal de omnibus rebus

que decimari debent, & molendinum de Haingeham cum pertinentiis suis, et apud Burgate x solidatas terre, et apud Crupinge tres solidatas terre, et apud Roinges terram quam Hargar tenet unde debet annuatim monachis duos solidos et octo denarios, et apud Colecestriam unum masagium quod Ascelinus tenet unde debet annuatim monachis sexdecim denarios. Hec omnia pro salute anime mee et patris mei & matris mee et omnium parentum meorum vivorum et defunctorum cum omnimoda libertate quam pater meus vel ego melius habuimus concedo et confirmo in perpetuam elemosinam deo & beate Marie et monachis prefatis ita libere & quiete sicut elemosina esse debet & potest. His testibus. Rogero de Ver, & Roberto de Ver, fratribus meis. Bernardo dapifero. Lancelino capellano. Adam filio Warini, & Radulfo filio eius. Roberto de Mercheshale. Picoto preposito de Colum. Pagano forestario. Tedbaldo clero. Godwino Pulifan, et Ricardo filio eius. Ricardo Pinel, et multis aliis.

32. Karta Alberici de Ver de ecclesia de Duvrecurt, et aliis rebus.

Albericus de Ver, regis camerarius, omnibus hominibus suis presentibus et futuris salutem. Sciatis me reddidisse et carta mea confirmasse deo & beate Marie & monachis meis de Colum ecclesiam de Duvrecurt cum terris & decimis et omnibus pertinentiis, et pasturam centum ovium in marisco, libere & quiete in perpetuum. Concedo etiam ecclesias de Campis et de Bonetleia cum terris & decimis et omnibus pertinentiis, cum aliqua ratione a Toma & Lancelino vacaverint, sicut pater meus et mater mea deo & beate Marie et prefatis monachis in liberam et perpetuam prius contulerunt elemosinam. His testibus. Willelmo de Ver, carissimo filio meo. Ricardo filio Pichardi. Radulfo filio Ade. Magistro Samsone. Pagano forestario. Radulfo de Carnote. Ricardo Macro, et Radulfo pomarie.

33. Karta eiusdem de aliis possessionibus ecclesie sancte Marie de Colum.

f. 13. Albericus comes Oxenfordie omnibus hominibus suis Francis et Anglis presentibus & futuris salutem. Sciatis me concessisse & hac carta mea in perpetuam elemosinam confirmasse ecclesie sancte Marie de Colum et monachis ibi deo servientibus donationem quam Hugo filius Gaufridi et Aitrop heres suus fecerunt prediche ecclesie me presente & concedente et Alberico filio meo et uxore prefati Hugonis & filiis suis et amicis, scilicet quinque solidos annuatim quos Radulfus de Berners debet de terra de Bernestuna solutos & quietos ab omni servitio seculari, insuper etiam terram illam quam Adam del Ac

tenuit de predicto Hugone in Bernestuna et servitium de eadem terra omnino sine ullo retinaculo quod ad ipsum Hugonem pertinebat, et homagium ipsius Ade et heredum suorum ita quod ipse Hugo nec heredes sui mittent manum in horinem terre illius vel in catalla eius in perpetuum aliqua occasione, sed defendet se contra regem sicut dimidia virgata de Roinges, preterea duas solidatas terre in Roinges quam tenet Hugo Clavier ita solutam et quietam sicut prescriptum est de terra Ade, sed defendet se contra regem sicut tantum terre facit alibi in eadem villa. Habebunt autem homines monachorum libertatem in planis, in pascuis, in pratis, in nemoribus, sicut habebant quando homines Hugonis fuerunt, et preterea etiam ecclesiam de Roinges et eius patronatum cum omnibus pertinentiis in terris & decimis & ceteris obventionibus et quatuor acras terre lucrabiles sicut carta Hugonis testatur. His testibus. Angneta comitissa. Alberico filio comitis. * Simone de Cantelu, & Radulfo fratre suo. Hugone de Hosden. Johanne Tresgod. Alano decano. Helia sacerdote, & Nicholao, sacerdote de Haingaham. Michaele clero. Willelmo, preposito de Colum. Petro forestario. Ricardo Hoche'. Rodberto, Nigello, Goce, Ligerio, Aluredo, Salomone, famulis monachorum.

34. *Karta Alberici de Ver de aliis rebus.*

Albericus de Ver, regis camerarius, prepositis & hominibus suis de Aldham, Laurcham, Haingaham, Roinges, salutem. Sciatis me concessisse et carta mea confirmasse in liberam & perpetuam elemosinam deo et beate Marie et monachis meis de Colum duas partes decimarum de omnibus rebus que decimari debent de dominiis meis in Aldham, Laurcham, Haingaham, Roinges, ita integre sicut illa dominia fuerunt tempore Alberici patris mei qui illas decimas deo & prefatis monachis prius dederat. Quare volo & precipio quod monachi predicti habeant & possideant libere & quiete cum omni integritate prefatas decimationes de dominiis meis predictis, quicunque de illis dominiis plus vel minus teneat vel excolat. His testibus. Adam filio Warini. Reginaldo filio Petri. Adam Luffe. Henrico clero. Teodbaldo clero. Eadwino brachiatore. Ricardo Pinel.

f. 13v.

35. *Karta Alberici Comitis de Ver de medietate ville de Colum Miblanc.*

Albericus comes Oxenefordie omnibus hominibus suis Francis & Anglis presentibus & futuris salutem. Sciatis universi me dedisse et concessisse in perpetuam elemosinam pro anima patris mei Alberici de Ver et pro animabus omnium parentum meorum vivorum et

* margin. This Agnys comitissa I take to be first wife of Alberic earl of Oxford.

defunctorum deo & beate Marie & beato Johanni ewangeliste & monachis meis de Colum medietatem ville de Colum Miblanc in bosco & plano & in omnibus rebus et dimidium molendinum et totam ecclesiam cum omnibus pertinentiis, et terram Algodi que reddit quinque solidos, et ecclesiam de Horstede tali conditione quam si ego vel heres meus warantizare non poterimus prefatis monachis redditum quinque marcarum argenti dabimus, et insuper concedo et confirmo quicquid avus meus vel pater meus vel alii de feudo meo dederunt, scilicet ecclesiam sancti Andree de Colum cum omnibus pertinentiis et decimam de pullis de parco & molendinum et decimam de dominio de omnibus unde decima exire debet, et ecclesiam de Bello campo cum omnibus pertinentiis, et decimam de dominio de omnibus unde decima

- f. 14. exire debet, et ecclesiam de Duvrecurt cum omnibus pertinentiis et unum hominem cum quinque acris, et ecclesiam de Roinges Grimbaldi cum pertinentiis et totam decimam de dominio, et in alia Roinges unum hominem qui reddit xxxij denarios & duas partes decime de dominio de omnibus unde decima exire debet, et duas partes decime de dominio de Aldeham & de Laureham & de Haingaham de omnibus unde decima exire debet, et molendinum quod reddit xx solidos in Haingaham & tertiam partem decime de dominio Ernaldi de Topesfeld & Warini Grosvassal et Radulfi de Hosden de omnibus unde decima exire debet, et duas partes decime Huberti de Tagalea, & iiij solidatas terre de Ricardo filio Picardi, et totam decimam de dominio Rogeri de Ver in Walingafeld & tertiam partem ecclesie cum xx acris terre, et dimidiari decime Thielis militis de Aldeham, et dimidiari decimam de Wadenho & de Walde, et quindecim solidatas terre de Burgate, & tres solidatas terre in Cruppinge, et xx solidos de molendino de la forde, et in Suberia iiij solidos, et in Colecestria xvij denarios, et ecclesiam de Kinswinetune sicut Ingulfus abbas Abendonie perpetualiter dedit in die dedicationis ecclesie de Colum et super altare posuit. Ista omnia concedo tam libere tam quiete tam honorifice monachis prefatis perpetualiter habenda sicut unquam pater meus vel ego vel avus meus melius & quietius habuimus. Preterea concedo ut quisquis de hominibus meis voluerit ecclesie de Colum aliquid beneficium in terris vel in ecclesiis vel in decimis vel in redditibus inpendere meo concessu & voluntate inpendat. His testibus. Roberto, Lundoniensi episcopo. Hugone, abbate de Colecestria. Ailwardo archidiacano. Gaufrido de Ver. Willelmo de Ver. Gilleberto de Ver. Fulcone dapifero, et Petro eius clero. Roberto capellano. Ernaldo de Topesfeld. Radulfo de Guines. Radulfo filio Ade. Magistro Sampsone. Hamone, clero de Stistede. Pagano forestario. Roberto carpentario. Turchillo mazone.

36. *Karta Alberici de Ver de possessionibus ecclesie de Colum.*

f. 14v.

Venerabili Ricardo Lundoniensi dei gratia episcopo et omnibus dominis & hominibus et amicis suis tam presentibus quam futuris Albericus comes Oxenefordie salutem. Sciat me dedisse et concessisse in elemosinam deo & sancte Marie & sancto Johanni evangeliste et ecclesie de Colum & monachis ibidem deo ministrantibus centum solidatas redditus in perpetuum, scilicet duo molendina de Aldeham pro xl solidis, et molendinum de Colum de Chealtenheia pro xxvj solidis, et molendinum de Canevelles pro xvj solidis, et in eadem villa de Canevelles terram de Littlefrid pro xv solidis, et terram quam tenet in eadem villa Aluricus faber pro iij solidis, et omnia hec dono eis quieta & libera ab omnibus servitiis secularibus tali conditione quod si aliquid deliberaverit aut in ecclesia aut in alia terra valens e solidos insimul et ego consul Albericus providerim quod ecclesie & monachis utile sit, revertantur alia supradicta dona per partes pro illo redditu insimul congregato et sicut supradicta que per partes sunt libere et absolute data sunt quieta, ita omni exactione exclusa illud excambium si fuerit quietum et liberum sit, et antequam dissaisiti sint de supradictis per partes ante saisientur de excambio, et super omnia dono corpus meum post obitum ibi sepeliendum. His testibus. Comite Gaufrido. Walchelino Maminot. Willelmo de Ver, fratre meo. Fulcone dapifero. Hugone filio Gaufridi. Radulfo de Guines. Geroldo marescallo, et Rogero filio eius. Willelmo de Bello campo. Otuel de Crus. Petro de Curtinges. Willelmo clericus, filio Ailwardi. Roberto capellano. Helia capellano. Waltero, decano de Mideltune. Willelmo de Spaine. Rogero de Bello campo. Huberto camerario.

37. *Karta eiusdem de aliis possessionibus.*

Sciant presentes & futuri quod ego comes Albericus Oxenefordie dedi, concessi, & hac carta mea confirmavi deo & ecclesie sancte Marie de Colum x solidatas redditus de terra Wienoe quas Michael clericus eidem ecclesie reddet annuatim quam diu vixerit et post decessum Michaelis vel mutationem vite sue in religionem remanebit tota terra Wienoe cum omnibus pertinentiis suis ecclesie de Colum in liberam et perpetuam elemosinam. Preterea dedi et concessi et hac carta mea confirmavi totam terram quam Aluricus de la grange de me tenuit in Elfelmestune cum toto eiusdem terre servitio deo & ecclesie sancte Marie de Colum in liberam & perpetuam elemosinam. Hanc autem donationem et concessionem & confirmationem feci prediche ecclesie sancte Marie de Colum in excambio xx solidorum quos eadem ecclesia habuit in molendino de forda ex donatione Adelize de Ver matris mee. +

f. 15.

* margin, *comes* } *consul* } *synonimus.*† margin, *mater Albrici tertii.*

Hanc vero donationem optuli manu mea super altare sancte Marie in presentia Osberti prioris & conventus eiusdem ecclesie. His testibus. Alberico filio meo. Radulfo de Ver, filio meo. Roberto, & Henrico, filii meis. Roberto de Cokesfeld. Rogero de Bello campo. Willelmo Grosso. Roberto de Campes. Nicholao capellano. Willelmo clerico. Michaele clerico. Petro forestario. Moyse capellano. Helya capellano.

* 38. *Karta Alberici de Ver de possessionibus ecclesie de Colum.*

Albericus comes Oxenefordie omnibus baronibus et hominibus suis Francis & Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis universi me dedisse et concessisse in perpetuam elemosinam pro anima patris mei Alberici de Ver et pro animabus omnium parentum meorum et pro mea salute & omnium meorum vivorum & defunctorum deo & beate Marie et monachis meis de Colum medietatem ville de Colum Miblanc

† in omnibus rebus et dimidium molendinum, & terram Algodi que reddit v solidos, et totam ecclesiam cum omnibus pertinentiis quantum ad laicam pertinet personam, et ecclesiam de Horstede tali conditione

f. 15v. quod, si ego vel heres meus warantizare non poterimus, redditum quinque marcarum argenti dabimus. Et insuper concedo & confirmo quicquid avus meus vel pater meus & alii de feudo meo dederunt, scilicet ecclesiam sancti Andree de Colum cum omnibus pertinentiis et decimam de pullis de parco, et ecclesiam de Bello campo cum omnibus pertinentiis, et ecclesiam de Duvrecurt cum omnibus pertinentiis, et ecclesiam de Roinges Grimbaldi cum pertinentiis et totam decimam de dominio, & duas partes decime de dominio de alia Roinges & unum rusticum qui reddit xxxij denarios, et duas partes decime de dominio de Aldeham, et duas partes decime de dominio de Laureham, et duas partes decime de dominio de Haingaham et molendinum quod reddit xx solidos in eadem Haingaham, et tertiam partem de dominio Ernaldi de Topesfeld et tertiam partem decime de dominio Warini Grosvassal et tertiam partem decime de dominio Radulfi de Hosden, & duas partes decime Huberti de Tagalea, et iiiij solidatas terre de Ricardo filio Picardi, et totam decimam de dominio Rogeri de Ver in Walingefeld & tertiam partem ecclesie cum xx acris terre, et dimidiem decimam Thielis de Aldeham, & dimidiem decimam de Wadenho & dimidiem decimam de Walde, & quindecim solidatas terre de Burgate, et tres solidatas terre de Cruppinge, & xx solidos de molendino de la forde, & in Sudberia quadraginta vj denarios, et in Colecestria xvij denarios, et xx solidos de ecclesia de Kinswinetune sicut Ingulfus abbas Abendonie perpetualiter dedit in die dedicationis ecclesie de Colum et super altare posuit. Ista omnia concedo tam

* margin, *tertius A.*

† margin, *vide antea, f. 13v.*

libere tam quiete tam honorifice monachis prefatis perpetualiter habenda in campis in silvis in viis in pratis in pascuis cum saca et soca & tol & team & infanganethief sicut unquam pater meus vel ego vel avus meus melius habuimus. Preterea concedo ut quisquis de hominibus meis voluerit ecclesie de Colum aliquod beneficium in terris, in decimis, vel in redditibus impendere, meo concessu & voluntate impendat. His testibus. Roberto, Lundonensi episcopo. Hugone, abbate Colecestrie. Ailwardo, archidiacano. Gaufrido de Ver. Willelmo de Ver. Gilleberto de Ver. Fulcone dapifero, & Petro eius clericu. Roberto, capellano comitis. Ernaldo de Topesfelde. Radulfo de Guines. Radulfo filio Ade.

f. 16.

39. Karta Alberici comitis de Ver de Petro convicto quod non fecerat debitum servitium ecclesie sancte Marie de molendino de Coleford.

Albericus comes Oxenefordie omnibus hominibus suis presentibus et futuris salutem. Sciatis quod Petrus molendarius convictus fuit coram me & multis aliis quod secundum cartam suam quam habuit de molendino de Coleford debitum servitium non fecerat ecclesie sancte Marie de Colum et contra cartam suam alias tenuras occupaverat, scilicet quandam gravam & unum parvum campum iuxta Chiffen & quoddam pratum iuxta molendinum de Coleford & nullum servitium inde fecerat, et preterea terram illam que dicitur Mers ultra pontem de Coleford que est membrum ville mee de Colum sibi occupaverat & contra me & contra ius ecclesie de Colum assingnare volebat molendinum de Colum Miblanc, et pro tali iniuitate quia iusto iudicio quicquid habuit amittere debuit in misericordiam ecclesie & meam se reddidit foresfactum ut aliquam misericordiam inveniret & illam terram que dicitur Mers & molendinum de Coleford et cartam quam habuit sine reclamatione ecclesie de Colum reddidit, et ideo quia ista omnia coram me facta sunt volo & precipio ut monachi mei de Colum molendinum de Coleford & prefatam terram que dicitur Mers et cetera prenominata bene & in pace teneant sicut antecessores mei in liberam & perpetuam elemosinam ea dederunt et carta sua confirmaverunt. His testibus. Alberico filio meo. Radulfo de Ver. Willelmo clericu. Waltero de Mideltune. Helia sacerdote. Toma dapifero. Willelmo Handsex. Ricardo Hoche'. Radulfo magistro Alberici. Petro forestario. Roberto filio recluse. Aluredo portario. Petro filio Pari.

40. Karta Comitis Alberici de Ver de possessionibus ecclesie de Colum. f. 16v.

Albericus comes Oxenefordie omnibus hominibus & amicis suis Francis & Anglis presentibus & futuris salutem. Sciatis omnes me

dedisse & concessisse et hac carta mea confirmasse deo & sancte Marie & monachis de Colum totum boscum meum de Colum qui appellatur Chiffen & duas karectas omnibus diebus anni in parco meo de Colum ad trahendam ramillam de landis parci et kaetam de mortuo bosco ad focarium predictorum monachorum in liberam et perpetuam elemosinam. Quare volo & firmiter precipio quod eidem monachi predictum boscum & carectas sicut predictum est habeant & teneant de me & heredibus meis in liberam & quietam elemosinam quietam ab omni exactione seculari. His testibus. Steffano de Munchanesi. Steffano de Topesfeld. Willelmo filio Fulconis. Ricardo filio Baldewini. Radulfo de Bello campo. Willelmo fratre suo. Ricardo de Hispania. Nicholao capellano. Willelmo seneschallo. Michaelae clericu.

41. *Carta comitis Alberici de dimidio miliare allecis.*

Albericus comes Oxenefordie omnibus hominibus suis Francis & Anglis salutem. Sciatis me dedisse & hac carta mea confirmasse deo & beate Marie & monachis de Colum dimidium miliare allecis quod Thoma de Colecestria debuit michi pro feudo quod tenet de me, pro salute mea & omnium meorum vivorum ac defunctorum. His testibus. Alberico filio meo. Radulfo de Ver. Toma dapifero. Johanne Tresgode. Roberto de Campes. Willelmo clericu. Roberto, & Nigello, servientibus prioris, et multis aliis.

42. *Carta Comitis Alberici de damo en Gresse & dama infermeysun.*

Albericus comes Oxenefordie omnibus hominibus suis & amicis Francis & Anglis tam presentibus quam futuris salutem. Noverit universitas vestra me dedisse & concessisse & hac mea carta confirmasse deo & sancte Marie & monachis meis de Colum in puram & perpetuam elemosinam pro salute anime mee et parentum meorum vivorum & mortuorum unum damum in graesse et unam damam infermeysun in parco mea de Colum ad reparationem debilium et infirmorum fratrum. Et ut hec donatio mea firma & stabilis perseveret kartam hanc sigilli mei appositione communivi. His testibus. Radulfo de Ver. Roberto filio comitis. Nicholao, Willelmo, Michaelae, clericis comitis. Ricardo filio Baldewini, Rogero filio Roberti, Roberto de Campes, militibus. Petro forestario, et Willelmo filio eius. Admundo, serviente comitis. Roberto, Ricardo, Helia, servientibus prioris, et multis aliis.

f. 17. *Karta Alberici de Ver de possessionibus ecclesie de Colum.*

Venerabili domino suo & patri karissimo Ricardo Lundonensi episcopo & omnibus hominibus suis & amicis presentibus & futuris

Albericus comes Oxenefordie salutem. Sciatis me dedisse & concessisse et hac mea presenti karta confirmasse in puram & perpetuam elemosinam deo & sancte Marie & sancto Johanni ewangeliste & ecclesie de Colum & monachis ibidem deo servientibus pro salute anime mee & antecessorum meorum et liberorum meorum & parentum meorum & amicorum meorum molendinum de Aldeham & molendinum de Asse & molendinum de Colum de Chaltenhie et totam terram meam de Sudberia que est inter duos pontes in hominibus & redditibus cum omnibus libertatibus suis & pertinentiis preter redditum quem Ricardus aurifaber et heredes sui ibidem de me tenent. Quare volo & firmiter precipio quod predicti monachi de Colum hec omnia habeant & teneant libere & quiete ab omni seculari servitio & exactione sicut liberam & puram elemosinam. Et super omnia volo & dono corpus meum post obitum meum in ecclesia sancte Marie de Colum sepelendum. His testibus. Alberico, filio meo & herede, et Roberto, & Henrico, filiis meis. Roberto de Cauntelu. Steffano de Topesfeld. + Willelmo filio Fulconis. Ricardo filio Baldewini. Willelmo de Bello campo. Roberto de Campes. Nicholao capellano. Willelmo seneschallo. Michaele clericu. Radulfo clericu. Willelmo filio Radulfi. Ricardo, & Gaufrido, fratribus eius. Roberto filio recluse. Helya, Vincentio, servientibus prioris, et multis aliis.

44. *Carta eiusdem de ecclesia de Roinges.*

Roberto dei gratia Lundonensi episcopo domino suo venerabili ac patri spirituali comes Albericus salutem et filiale subiectionem. Noverit paternitas vestra me dedisse atque concessisse quantum ad laicam pertinet personam deo & sancte Marie de Colum et monachis ibidem deo servientibus ecclesiam de Roinges cum omnibus appendiciis suis in elemosina pro anima patris mei & pro salute mea. Unde paternitatem vestram humiliter ac diligenter deposco quatinus pro dei & mei amore eis quod vestrum est dare & concedere detis atque concedatis. His testibus. Willelmo de Ver, fratre meo, clericu. Roberto constabulario. Radulfo dapifero. Radulfo de Gisnes. Huberto dapifero. Roberto capellano. Fulcone clericu. Valete.

f. 17v.

45. *Carta Alberici de Ver de Ecclesia de Colum de Miblanc cum omnibus pertinentiis.*

Venerabili patri Gilleberto dei gratia Lundonensi episcopo Albericus comes Oxenefordie salutem. Noverit paternitas vestra me dedisse & concessisse quantum ad laicam spectat personam ecclesiam de Colum de Miblanc cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam elemosinam

* margin, *vide liberacionem quam habemus modo Sudbyria inter pontes.*

† margin, *tertius A. cum tribus filiis.*

ecclesie sancte Marie de Colum & monachis ibidem deo servientibus. Quo circa vobis diligenter supplico quatinus quod vestrum est super hoc prefate ecclesie sancte Marie de Colum concedatis & confirmetis. Predicti autem fratres de Colum pro amore dei & mea petitione eandem ecclesiam de Colum de Miblanc Hereberto clero de Sancto Eadmundo in elemosinam concesserunt tali conditione quod quamdiu ipse eandem ecclesiam tenuerit prenominate ecclesie sancte Marie de Colum singulis annis x solidos in recognitionem persolvet. Cum vero ipsa ecclesia ab eo aliqua ratione vacaverit monachi de Colum eam liberam & quietam in perpetuum possideant. Valete.

46. Karta eiusdem de aliis possessionibus eiusdem ecclesie.

Albericus comes Oxenefordie omnibus hominibus suis presentibus & futuris salutem. Sciatis quod Hugo prior de Colum petitione mea concessit Petro forestario meo illam terram que dicitur Bracha Presbiteri & iiiij acras in Acstede non iure hereditario sed in vita sua tantum modo tenendas pro suo servitio et pro duobus solidis annuatim reddendis in die sancti Michaelis, et sciatis quod tale cirografum

f. 18. recepit prefatus Petrus in presentia mea a priore de Colum. Hec est conventio inter monachos de Colum & Petrum forestarium, scilicet quod monachi concedunt prefato Petro sine iure hereditario tenere illam terram que dicitur Bracha Presbiteri et iiiij acras in Acstede in vita sua pro suo servitio et pro duobus solidis annuatim reddendis in die sancti Michaelis, ita ut post obitum Petri prefata terra in manus monachorum sine calumpnia redeat. His testibus. Alberico comite. Angnete comitissa, et Alberico filio comitis. Helia sacerdote. Toma dapifero. Hugone de Hosden. Willelmo, clero comitis. Waltero de Mideletune. Roberto de Campis. Willelmo Hansex. Ricardo Hoche'. Willelmo filio Hugonis. Radulfo, clero magistro Alberici. Willelmo Hich. Roberto, & Rogero, filii Alexandri de Michelestoue.

47. Karta Alberici Comitis de tribus solidatis terre de Stokes.

Albericus comes Oxenefordie omnibus hominibus suis presentibus & futuris tam Francis quam Anglicis salutem. Noverit universitas vestra me dedisse & concessisse et hac mea carta confirmasse deo & sancte Marie & sancto Iohanni ewangeliste et monachis meis de Colum in puram & perpetuam elemosinam tres solidatas terre in Stoches de mariagio comitisse quas Godingus tenuit, pro salute mea et comitisse mee Angnetis & omnium parentum meorum & liberorum meorum ad duos cereos parandos & cotidie ardendos supra altare ubi celebratur missa de sancta Maria, et ut hec mea donatio & concessio

firma habeatur kartam hanc cum testium annotatione & sigilli nostri appositione roboramus. His testibus. Alberico filio meo, & Roberto fratre eius, et Nicholao, capellano meo, et Willelmo, clero de Colum, et Michaele clero, et Roberto filio Baldewini, & Roberto de Campes, et Rogero filio Roberti, et Willelmo filio Fulconis, et multis aliis.

48. *Carta Alberici de Ver de masagio Normanni de Teya.*

Albericus comes Oxenefordie omnibus hominibus suis Francis & Anglis salutem. Sciatis me concessisse & hac carta mea confirmasse deo & sancte Marie et monachis de Colum donationem Normanni de Theia, scilicet masagium in Bredecrofth quod reddit xij denarios, quod et precipio quod habeant liberum et quietum ab omni servitio & consuetudine quod sit vel esse possit sicut Normannus eis concessit. His testibus. Alberico filio meo. Radulfo de Ver. Johanne Tresgod. Roberto de Campes. Toma dapifero. Willelmo clero. Roberto, & Nigello, servientibus prioris, et multis aliis.

f. 18v.

49. *Karta Alberici Comitis de Ecclesia de Colum de Miblanc cum pertinentiis.*

Albericus comes Oxenefordie omnibus suis et universis sancte matris ecclesie filiis presentibus & futuris salutem. Noverit universitas vestra quod ego concessi & hac carta mea confirmavi donationem patris mei deo & monachis ecclesie sancte Marie de Colum, scilicet ecclesiam de Colum de Miblanc cum omnibus pertinentiis suis, in liberam & perpetuam elemosinam pro anima patris mei qui ibi requiescit et pro anima avi mei ibidem similiter requiescentis qui & ipsam ecclesiam fundavit et pro salute anime mee & omnium meorum vivorum & defunctorum. His testibus. Willelmo de Ver, & Gilleberto de Ver, fratribus meis. Fulcone dapifero. Willelmo clero. Waltero, clero de Mideltune. Helia capellano.

50. *Karta eiusdem de ecclesia de Metzinges cum pertinentiis suis.*

Sciant presentes & futuri quod ego comes Albericus Oxenefordie dedi & concessi ecclesie de Colum & monachis ibi deo servientibus ecclesiam de Metcinges cum omnibus pertinentiis suis in puram & perpetuam elemosinam pro salute anime mee & antecessorum meorum, ita tamen quod Michael clericus meus tenebit eam de ecclesia de Colum & monachis ibi commorantibus pro centum solidis annuatim inde reddendis ad quatuor terminos, ad festum sancti Michaelis xxv solidis, ad Natale xxv solidis, ad Pasca xxv solidis, ad festum sancti Iohannis xxv solidis, et ne in posterum hec concessio irrita habeatur

illam sigilli mei corroboratione confirmo. Et Michael clericus iuravit coram me et coram priore & conventu de Colum quod ipse fidem & legalitatem portabit ecclesie & monachis de Colum et quod ipse non queret artem nec ingenium vita sua unde ecclesia & monachi de Colum sint elongati de ecclesia de Metcinges post dies suos. His testibus. Symone de Cantelu. Alberico, filio meo. Rogero de Bello campo.

- f. 19. Steffano de Munchanesy. Petro de Kerlinges. Steffano filio Ermaldi. Radulfo de Bello campo. Johanne Tresgoz. Roberto de Campes. Nicholao capellano. Helya presbitero, et multis aliis.

51.

Gaufridus comes de Essexia preposito & omnibus hominibus suis de Roinges salutem. Sciatis me dedisse & firmiter concessisse deo & sancte Marie & monachis de Colum pro salute anime mee & antecessorum meorum terram que est inter terram illorum que reddit viij denarios per annum in liberam & perpetuam elemosinam. Concedo etiam ut habeant plenarie duas partes decimarum de blado de pasnagio & de omnibus rebus que decimari debent de dominio de Roinges sicut fuit tempore Alberici de Ver. Quare volo & firmiter precipio ut teneant libere & quiete ne inde clamorem audiam. His testibus. Aelardo, constabulario meo. Mauricio filio Gaufridi. Ricardo de Berchereol, et Samuele clero, et Helya clero.

52. *Karta Willelmi de Maundeville comitis Essexie de decimis de Roynge cum aliis rebus.*

Willelmus de Mandeville comes Essexie omnibus hominibus & amicis suis Francis & Anglis presentibus & futuris salutem. Sciatis me concessisse & presenti karta mea confirmasse deo & ecclesie sancte Marie de Colum duas partes decimarum de toto dominio in Roinges de omnibus rebus que decimari debent sicut karta avi mei Alberici de Ver testatur. His testibus. Alberico comite. Hasculfo capellano. Willelmo, capellano de Bello campo. Johanne de Rokella. Willelmo Walensi. Radulfo de Ver. Rogero de Bello campo.

53. *Karta Rohese de una marca argenti in molendino suo de Bello campo.*

Rohesa comitissa omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Sciatis universi me donasse et hac karta mea presenti confirmasse ecclesie sancte Marie de Colum & monachis ibidem deo servientibus in liberam & perpetuam elemosinam unam marcam argenti in meo molendino de Bello campo. Quare volo & firmiter precipio quod

illam marcam argenti habeant & teneant libere, quiete, integre, & f. 19v.
 honorifice ad iiiij terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis et ad
 festum sancti Andree et ad Pascha & ad festum sancti Johannis ad
 quemlibet istorum terminorum xl denarios, quos illis donavi pro salute
 anime mee & antecessorum meorum & filiorum meorum defunctorum.
 Nec volo quod aliquis eis iniuriam vel contumeliam faciat super hac
 mea donatione. Testibus. Asculfo capellano. Godefrido capellano.
 Waltero Ruffo. Laurentio filio Jordani. Hugone capellano. Alexan-
 dro de Topesfeld. Bodino de Colecestria. Johanne de Colecestria.
 Roberto de Colum. Hugone filio Pagani. Willelmo de Waledene.
 Waltero pincerna. Rogero filio Willelmi. Henrico de Ver. Jordane
 camerario, et pluribus aliis.

54. *Karta Rohese comitisse de excambio dimidie acre in campo de Seldeford.*

Rohesia comitissa omnibus hominibus suis & amicis Francis &
 Anglis futuris et presentibus salutem. Sciatis universi quod excambiavi
 monachis de Colum dimidiā acram in campo monachorum de
 Seldeford quam Halulfus porcarius meus tenuit pro terra sacriste
 ubi Paganus & Hugo sacerdotes mansionem habuerunt. Quare volo
 & firmiter precipio quod excambium istud ratum & inconcussum
 prefatis monachis permaneat. His thestibus. Comite Alberico.
 Comite Willelmo. Willelmo de Ver. Hasculfo capellano. Godefrido
 capellano. Waltero Ruffo. Alejandro clerico. Gaufridus Bainard.
 Roberto de Colum. Alejandro. Willelmo filio Roce.

55. *Confirmatio Rohese comitisse de molendino apud Stibbinge.*

Rohesia comitissa omnibus hominibus suis & amicis Francis &
 Anglis salutem. Sciatis me dedisse perpetue in elemosina unum
 molendinum apud Stibbinge quod reddit xxx & duos solidos in
 ecclesia sancte Marie de Colum & monachis ibi habitantibus pro anima
 patris mei Alberici & Gaufridi domini mei et pro me ipsa & pro
 omnibus parentibus meis. Testibus. Ricardo de Belmis. Willelmo
 de Ver. Alejandro de Porflet. Alardo de Werres. Roberto Falculun.
 Rogero de Chandos.

56. *Karta Eufemie Comitisse de possessionibus quas dedit & f. 20.
 confirmavit ecclesie de Colum.*

Eufemia comitissa omnibus dominis suis & amicis et fidelibus &
 omnibus hominibus suis tam presentibus quam futuris Francis &
 Anglis in domino salutem. Notum sit presentibus & futuris quod

* margin. This Eufemia wife of Aubrey de Ver, 2nd Earl of Oxford.

ego concessu comitis Alberici mariti mei dedi in elemosina perhennu
deo & beate Marie & ecclesie & monachis de Colum ibi deo servienti-
bus centum solidatas terre in Clintonia liberas & quietas ab omni
servitio seculari. Et hanc donationem feci ego deo & ecclesie sancte
Marie de Colum, cui ego dedi corpus meum ad sepeliendum, pro
salute corporis & anime Stephani regis Anglie et pro anima Matildis
regine & pro anima comitis Eustachii filii eorum & pro salute anime
mee. Quare volo & firmiter precipio quod predicta ecclesia sancte
Marie de Colum istas centum solidatas terre habeat & in perpetuum
possideat ita bene, & libere, & quiete, & honorifice in omnibus rebus
sicut rex Stephanus et Matildis regina uxor sua, qui prenominatum
manerium michi dederunt in libero maritagio, unquam melius &
liberius et quietius & honorificentius in diebus suis habuerunt &
possederunt, et ego post illos habui & possedi. His testibus. Comite
Alberico. Gilleberto de Ver. Roberto capellano, confessore meo.
Radulfo de Hoscenc. Roberto constabulario. Rogero de Bello
campo. Matildi de Cherebure. Ricardo clericu Canefeldie.

57. *Karta Alberici de Ver de molendino de Hasse.*

Reverendo domino suo & patri Willelmo dei gratia Norewicensi
episcopo & dilecto filio suo comiti Alberico & hominibus suis &
amicis Francis & Anglis A[deliza] de Ver salutem. Sciat me dedisse
& concessisse in perpetuam elemosinam ecclesie beate Marie de Colum
& dominis eiusdem loci pro salute anime mee & viri mei Alberici de
Ver et omnium filiorum & filiarum mearum et omnium amicorum
meorum viventium & defunctorum totum molendinum de Hasse ita
libere & quiete et honorifice sicut dominus meus Albericus de Ver
sive aliquis ante eum liberius & quietius & honorificantius tenuit in
f. 20v.
vita sua aut ego post ipsum. Quare volo & precipio quod molendinum
predictum habeant & teneant sicut ipsis presenti carta confirmo ne
aliquis eis super hoc gravamen temptet inferre. Testibus his.
W[illelmo] de Ver. Comitissa Rohesia. A[deliza] de Essex. Albino
capellano. Harc'. Simone clero. Alexandro de Michelestoue.
Michaele Pullo. Radulfo de Suenescamp. Huberto, & Radulfo de
Hispania, et Gaufrido Perdriz, servientibus meis, et aliis multis.

58. *Karta de Ricardo de Bello campo de donatione Sochemans.*

Omnibus sancte ecclesie fidelibus Ricardus de Bello campo salutem
in Christo. Notum vobis facio me dedisse ecclesie sancte Marie de
Colum in perpetuam elemosinam omnes sochemans quos tenui de
feudo Clare sicut unquam liberius tenui de Gilleberto filio Ricardi et

de Ricardo filio eius et postea de comite Gilleberto filio Ricardi pro salute anime mee et omnium meorum vivorum & defunctorum, et ad confirmationem huius donationis dedi hanc cartam Mainardo priori de Colum meo sigillo singnatam. His testibus. Pagano de Bello campo. Mauritio, Waltero, & Radulfo, sacerdotibus. Willelmo capellano. Willelmo clerico. Baldwino medico. Hugone de Colesdune. Waltero filio Nigelli.

59. *Karta eiusdem de eisdem & de ecclesia de Hydyngaham.*

Omnibus sancte ecclesie fidelibus Ricardus de Bello campo in Christo salutem. Notum vobis facio me dedisse deo & ecclesie sancte Marie de Colum in perpetuam elemosinam omnes sochemans quos tenui de feudo Clare sicut unquam liberius tenui de Gileberto filio Ricardi et de Ricardo filio eius et postea de comite Gileberto filio Ricardi pro salute anime mee & antecessorum meorum. Concedo quoque deo & predicte ecclesie ecclesiam de Idingaham cum omnibus pertinentiis suis in terris & decimis & ceteris obventionibus cum aliqua ratione a Ricardo filio Hugonis vacaverit. His testibus. Pagano de Bello campo. Mauritio, Waltero, & Radulfo, sacerdotibus. Willelmo capellano, et Willelmo clerico. Baldewino medico. Hugone de Colesdune, et Waltero filio Nigelli.

60. *Karta Stephani de Bello campo de ecclesia de Idyngaham.*

Stephanus de Bello campo omnibus hominibus suis et amicis suis presentibus et futuris Francis & Anglis salutem. Sciatis me dedisse et hac carta mea confirmasse deo & ecclesie sancte Marie de Colum in perpetuam elemosinam ecclesiam de Ichelingham cum omnibus pertinentiis suis in terris et decimis & ceteris obventionibus quam volo quod habeant & possideant monachi de Colum libere & quiete pro anima patris mei & mea & meorum, quia pater meus eamdem ecclesiam eis in vita sua post personam tunc presentem, scilicet Ricardum filium Hugonis, possidendam concessit. His testibus. Anselmo, Gaufrido, Roberto, fratribus meis. Willelmo, clerico de Lamersse. Baldewino capellano. Helya, capellano de Colum. Roberto clerico. Ricardo clerico, & Waltero, & Ricardo, filii meis. Roberto filio Mauriti. Roberto, Nigello, servientibus monachorum.

61. *Karta Stephani de Bello campo de soca quam tenuit de Comite de Clare cum pertinentiis.*

Notum sit presentibus & futuris quod ego Stephanus de Bello campo concessi & dedi monachis deo & beate Marie in ecclesia de Colum

servientibus totam socam quam teneo de feudo comitis de Clare cum omnibus pertinentiis in puram & perpetuam elemosinam sicut Ricardus pater meus eam antea eis donaverat & carta sua confirmaverat, et volo quod predicti monachi predictam socam libere & quiete de me & de heredibus meis teneant salvo servitio regis & comitis de Clare pro anima patris mei & salute anime mee & heredum meorum. His testibus. Domino Petro, abbatte de Cogeshale, & Hugone, monacho eiusdem loci, et Gaufrido de Bello campo, & Rodberto de Bello campo, & Ricardo de Bello campo, clero, & Ricardo de Bello campo, & Waltero, & Albrico capellano, & Gaufrido de Bedefordia, & Ricardo de Reymes, & Ricardo filio Willelmi, et Rogero Grossin, & Rodberto filio recluse. Rodberto filio Turgis. Willelmo filio Baldewini, & Laurentio presbitero.

62. *Karta Stephani de Bello campo de xx solidis.*

Stephanus de Bello campo omnibus hominibus suis vicinis & amicis Francis & Anglis cunctisque fidelibus sancte ecclesie filiis in Christo salutes. Notum sit vobis me concessisse ecclesie sancte Marie de Colum & monachis ibi deo servientibus omni anno xx solidos pro anima patris mei et pro salute anime mee omniumque meorum vivorum & defunctorum, scilicet de Rogero de Bercholt viij solidos, & de Alexandro de Sudbiria iij solidos, et de terra de Halstede iij solidos, de Rogero filio Suein xxij denarios, et de Algaro Morild ij solidos & ij denarios, de Girardo filio Thome xvij denarios, de Baldewino April viij denarios, de Alfwine de Latheie xij denarios. Isti supradicti debent reddere hos denarios ad duos terminos, scilicet ad festum sancti Andree & ad Rogationes donec ipse dominus Steffanus provideat de terra vel in redditu ubi possint eos habere insimul libere & quiete ad utilitatem ecclesie. Quod si hoc dominus non fecerit eis habeant xx hos solidos prescriptos in perpetuum sine alia exactione, et si quis hanc donationem abstulerit vel inde iniuriam fecerit ecclesie a deo excommunicetur. His testibus. Radulfo de Bello campo, & Willelmo, clero de Lamers, & Willelmo presbitero, et Waltero presbitero, et Girardo clero. Anselmulo, & Roberto. Gilleberto, & Wulfrido Warde, cocis. Turgis filio Sawin.

63. *Karta Henrici de Longo campo de soca de Clare.*

Henricus de Longo campo omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Sciatis me reddidisse & presenti carta mea confirmasse ecclesie de Colum & monachis eiusdem loci totam soccam de Clara quam Ricardus de Bello campo eis dedit & concessit una carta confirmavit et Steffanus filius eius post eum, preter illam terram que

nunc est in meo dominio et ita coram me recongnitum fuit testimonio legalium hominum & sectarum suarum in curia de Lamers quod predicta socca ad ius predictorum monachorum pertinebat. Quare volo & precipio quod predicti monachi predictam soccam habeant & teneant bene & in pace libere & quiete & honorifice sicut carte eorum testantur. Testibus his. Willelmo presbitero. Ricardo de Bello campo. Gaufrido de Bedefordia. Roberto de Campis, milite comitis. Willelmo filio Randulfi. Roberto, filio Willelmi de Bures. Roberto, & Helya, servientibus prioris, et pluribus aliis. f. 22.

64. *Karta Huberti de Montecanesi de ecclesia de Edwardestuna.*

Huberdus de Montecanesi omnibus hominibus suis Francis & Anglis presentibus & futuris salutem. Sciatis me dedisse in perpetuam elemosinam et presenti instrumento confirmasse deo & ecclesie beate Marie de Abendonia & monachis ibi deo servientibus ecclesiam de Eadwardestune cum omnibus pertinentiis suis in terris, in decimis, in libertatibus, duodecim etiam acras de meo dominio, et duas acras iuxta ecclesiam, & iiiij acras de Mangaresdune, liberas & quietas ab omni seculari servitio, et communitatem pasture dominicis pecoribus monachorum libere & quiete in perpetuum, duas etiam partes decime de dominio de Stavertuna et de Stanesteda omnium rerum que debent decimari, et duas partes decime de redditibus molendinorum & de pasnagio nemorum meorum de Stanesteda scilicet & de Stavertuna, et totam decimam turbarum de Stavertuna, et ubicunque porci mei fuerint in pasnagio erunt autem porci monachorum Abendonie in pasnagio preter haiam de Stanestede, et in Eadwardestune totam terram Ricardi de Vilars cum omnibus pertinentiis et cum hominibus in eadem terra manentibus liberam & quietam ab omni seculari servitio in perpetuum. Omnia vero hec volo & precipio quod monachi Abendonie in perpetuum habeant & possident ita libere & quiete & honorifice sicut unquam liberius quietius honorificentius tenere elemosinam potest. His thestibus. Muriele, uxore mea. Rogero, & Gaufrido, filiis meis. Roberto de Goldingeham. Roberto Manente. Willelmo de Baches'. Adelelmo. Nigello. Willelmo de Merleburi. Alewio. Johanne clero, et ceteris multis.

65. *Karta eiusdem de eadem & de aliis possessionibus.*

Reverendo domino & patri Willelmo Norewicensi episcopo dominis amicis et hominibus suis Francis & Anglis Hugo de Montecanesy salutes. Notum sit presentibus & futuris me concessisse & confirmasse ecclesie beate Marie de Colum ecclesiam de Eadwardestune communi f. 22v.

consensu domini abbatis Walchelini Abendonie & totius conventus liberam & quietam ab omni seculari servitio vel exactione cuiusquam operationis debite vel prestite a monachis vel hominibus eorum nisi pro voluntate monachorum, quam ecclesiam pater meus Hubertus prius dederat ecclesie Abendonie cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, in bosco & plano, in decimis omnimodis omnium que debent decimari, & bladi ante hostium grangie recipiendi, et omnimode pecunie mee, & decimam molendinorum meorum, et communitatem pasture libere & quiete dominicis pecoribus monachorum cum pecoribus meis a molendino de Eadwardestune usque ad boscum, terram etiam Ricardi de Vilars cum hominibus in eadem terra manentibus, quam pater meus ecclesie Abendonie concessit quando ille monacus factus est, liberam & quietam ab omni seculari servitio perpetualiter habendam, duas etiam partes decimatarum omnimodarum * de dominio de Staverstuna & de Stanesteda, et duas partes decime de redditibus molendinorum & de pasnagio nemorum meorum, & † pasnagium porcorum suorum in bosco de Stanesteda quietum nisi in Racheia, et totam decimam turbarum de Staverstuna, sicut pater meus ecclesie Abendonie dedit et rex Henricus carta sua confirmavit ecclesie sancte Marie de Colum in perpetuum concedo. Quare precor, volo, & precipio quod ecclesia beate Marie de Colum & monachi in ea deo servientes ecclesiam de Eadwardestuna, terras, homines, decimationes, libertates, teneant de me & de heredibus meis libere, quiete, honorifice, sine omni mei vel meorum exactione sicut aliquis melius, liberius, quietius, honorificentius unquam tenuit vel tenere elemosinam potest. Duos etiam monachos quos abbas Faritius constituit pro anima patris mei Huberti in ecclesia de Eadwardestuna Walchelinus abbas Abendonie assignavit ipsi & mihi & heredibus meis in ecclesia de ‡ Colum perpetuo. Hanc autem kartam ego [Hugo] de Montecanesy & Stephanus filius & heres meus optulimus super altare beate Marie de Colum contestantes deum & eius beatam genetricem Mariam in nullo f. 23. nos eidem karte contraire. Istius vero conventionis & confirmationis testes sunt comes Albericus, Willelmus de Ver, Rogerus de Monte-cansey, Stephanus filius & heres meus, Othuel de Creus, Rogerus de Bello campo, Petrus de Curtelinges, Ricardus de Sartis, Willelmus clericus, Gaufridus de Sextune, Gaufridus filius Godefredi, Symon Pece, Radulfus filius Radulfi filii Ade, Symon Brito, Helyas capellanus, Paganus forestarius, Godwinus warendarius, Robertus cocus, Hum-fridus, Ernaldus, Alwredus, & Syricus, famuli monachorum, Gaufridus

* *Stavertuna*, with a superimposed s.

† *pecorum*, corrected to *porcorum*.

‡ *Hugo* has been accidentally omitted.

de Ver novissime superveniens, Johannes Brito, Rogerus de Hauile, Gaufridus filius Radulfi filii Ade, Normannus filius Ailnothi, et multi alii.

66. *Karta Stephani de Muntechanesii de ecclesia de Eadwardestune.*

Stephanus de Munkenesy omnibus hominibus & amicis suis Francis & Anglis tam presentibus quam futuris salutem. Sciatis me dedisse in pertetuam elemosinam et confirmasse hac mea carta ecclesie beate Marie de Colum ecclesiam de Eadwardestuna communi consensu domini abbatis Walchelini Abendonie & totius conventus liberam & quietam ab omni seculari servitio vel exactione cuiusquam operationis debite vel prestito a monachis vel hominibus eorum nisi pro voluntate monachorum, quam ecclesiam pater meus Hugo ei concessit et Hubertus avus meus dedit prius ecclesie Abendonie cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus in bosco & plano in decimis omnimodis omnium que debent decimari et bladi debent ante hostium grangie recipi & omnimode pecunie mee et decimam molendinorum meorum & communitatem pasture libere & quiete dominicis pecoribus monachorum cum pecoribus meis a molendino de Eadwardestuna usque ad boscum. Terram etiam Ricardi de Vilers cum hominibus in eadem terra manentibus quam pater meus predicte ecclesie sancte Marie de Colum dedit liberam & quietam ab omni servitio seculari perpetualiter habendam, duas etiam partes decimarum omnimodarum de dominio de Stavertune & de Stanestede et duas partes decime de redditibus molendinorum & de pasnagio nemorum meorum et pasnagium porcorum suorum in bosco de Stanestede quietum nisi in Racheia, & totam decimam turbarum de Stavertune sicut pater meus eidem ecclesie concessit & dedit et rex Henricus karta sua confirmavit ecclesie sancte Marie de Colum in perpetuum concedo. Quare precor volo & precipio quod ecclesia predicta de Colum & monachi in ea deo servientes ecclesiam de Eadwardestuna terras, homines, decimationes, libertates teneant de me & heredibus meis libere & quiete honorifice sine omni mei vel meorum exactione sicut aliquis melius liberius quietius honorificentius unquam tenuit vel tenere elemosinam potest; duos etiam monachos quos abbas Faritius constituit pro anima avi mei Huberti in ecclesia de Eadwardestuna Walchelinus abbas Abendonie assingnavit patri meo & heredibus suis in ecclesia de Colum perpetuo. His testibus. Comite Alberico, et Alberico filio suo. Willelmo de Ver. Hugone de Munkanesy. Huberto de Munkanesy, fratre meo. Johanne de Tresgoz. Osberto de Gladevan. Helya capellano. Roberto, capellano de Campes. Magistro Eadwardo de Eadwardestune. Willelmo clerico. Michaele clerico. Reginaldo

f. 23v.

capellano. Symone de Herlaue. Willelmo filio Hugonis. Moricio de Kertlinge. Rogero de Leycestre. Radulfo marescallo. Roberto, Willelmo, Gocelino, famulis monachorum.

67. Karta Rogeri de Munchanesy de donatione terre de Aisesfurde & de Wald.

Venerabili patri Ricardo dei gratia Lundonensi episcopo & omnibus dominis & hominibus et amicis suis presentibus & futuris Rogerus de Munkanesy & Matildis uxor sua salutem. Sciatis nos concessisse & dedisse & hac carta nostra confirmasse in perpetuam elemosinam deo & ecclesie sancte Marie de Colum illam terram de Aissesforde & del Wald quam Willelmus filius Walteri de nobis tenuit perpetualiter habendam solutam & quietam & liberam ab omnibus consuetudinibus & servitiis nobis pertinentibus, & hominum ipsius Willelmi & dominium illius terre omnino sine ullo retinaculo deo & prefate ecclesie in perpetuum concessimus et propria manu super altare sancte Marie de Colum posuimus concessione & petitione prefati Willelmi & Godive uxoris sue. Quare volumus ut ecclesia predicta terram illam & dominium illius & hominum hominis illius qui eam tenuit libere & quiete in omnibus habeat & possideat in perpetuum pro f. 24. nostra salute & omnium nostrorum vivorum & defunctorum. His testibus. Rogero, filio & herede nostro. Hugone de Richingahale. Hugone de Wavile. Rikero, & Willelmo, fratre eius. Radulfo Archier. Ricardo Harold. Rogero filio Willelmi. Helya sacerdote, & Petro, fratre eius. Ricardo Hoche'. Pagano forestario, & Petro filio eius. Gaufrido pistore. Alano portario, et Sirico, famulis monachorum.

68. Karta Rogeri de Munchanesy de decimis de Stanstede & aliis rebus.

Venerabili patri Ricardo Lundonensi episcopo et omnibus dominis & hominibus & amicis suis presentibus & futuris Rogerus de Munkanesy salutem. Sciatis me concessisse & dedisse in perpetuam elemosinam deo & ecclesie sancte Marie de Colum duas partes decimarum omnium rerum que debent decimari de dominio de Stanestede et de molendino & de pasnagio nemorum meorum & de esartis ita libere & quiete sicut elemosina esse debet. His testibus. Radulfo de Munkanesy. Willelmo de Merleberia. Eadwardo Merch. Alewio. Helya, capellano de Colum. Pagano forestario. Roberto carpentario. Stanwino coco.

69. Karta eiusdem de terra Fayreye in Stanstede scilicet de dimidia virgata.

Rogerus de Munkanesy omnibus hominibus suis Francis & Anglis

presentibus & futuris salutem. Sciatis me dedisse & concessisse deo & beate Marie & monachis de Colum pro mea salute & omnium meorum vivorum & defunctorum in perpetuam elemosinam terram Faireie in Stanstede, scilicet dimidiā virgatam, liberam & quietam ab omni seculari servitio preter unum denarium qui debet reddi ad werpeni, et similiter terram que fuit Willelmi Poidras liberam & quietam ab omni seculari servitio preter unum werpeni. Dedi etiam unum campum de meo dominio qui dicitur Bulnotesleia & rusticum qui in eo sedet pro xij denariis michi reddendis annuatim ad festum sancti Michaelis pro omni servitio. Preterea concedo & confirmo donationem patris mei Huberti, scilicet pratum de Kineburne quod pater meus Hubertus deo et sancte Marie & prefatis monachis de Colum in perpetuam elemosinam dedit, et similiter quinque acras terre quas Willelmus de Merleburia eis dedit concedo & confirmo in perpetuum. His testibus. Radulfo de Muntkanesy, et Hugone de Richingahale, dapifero. Willelmo de Merleburia. Alewio. Roberto carpentario. Gaufrido pistore. Stanwino coco.

f. 24v.

70. *Carta Rogeri de Montekanesy de terra de Asseford & de Walde.*

Venerabili patri Ricardo dei gratia Lundonensi episcopo et omnibus dominis & hominibus & amicis suis presentibus & futuris Rogerus de Muntkanesy & Matildis uxor sua salutem. Sciatis nos concessisse & dedisse & hac carta nostra confirmasse in liberam & perpetuam elemosinam deo & ecclesie sancte Marie de Colum quandam terram de Aissesford & de Wald perpetualiter habendam solutam & quietam & liberam ab omnibus consuetudinibus & servitiis nobis pertinentibus quam Willelmus filius Walteri decani de nobis tenuit qui etiam quicquid ad illum pertinebat de predicta terra iam dicte ecclesie de Colum in liberam & perpetuam elemosinam concessit et propria manu nobiscum super altare sancte Marie de Colum optulit. Quare volumus ut ecclesia predicta terram illam libere & quiete habeat & possideat in perpetuum pro nostra salute et omnium nostrorum vivorum & defunctorum. His testibus. Rogero, filio & herede nostro. Hugone de Richingahale. Hugone de Wavile. Richero, & Willelmo, fratre eius. Ricardo Hoche'. Pagano forestario, & Petro filio eius. Radulfo Archier. Ricardo Harold. Rogero filio Willelmi. Helya sacerdote, & Petro, fratre eius. Gaufrido pistore. Alano portario, et Sirico, famulis monachorum, et multis aliis.

71. *Karta Rogeri de Ver de tertia parte ecclesie de Waldingefeld cum viginti acris terre.*

Domino suo Ebrardo Norwicensi episcopo & omnibus sancte matris

* margin, *vide antea.*

ecclesie fidelibus Rogerus de Ver salutem. Notum sit vobis quod ego
 in quantum ad laicam pertinet personam dono & concedo in perpetuam
 elemosinam deo & beate Marie & monachis de Colum tertiam partem
 ecclesie de Waldingefeld cum xx acris terre et totam decimam de
 dominio meo et decimas hominum meorum et elemosinas que de vivis
 & defunctis proveniunt tali pacto ut ecclesia de Colum sacerdotem
 f. 25. inveniat qui in tertiam partem anni prefatae ecclesie de Waldingefeld
 deserviat. His testibus. Ricardo de Bello campo. Gaufrido de Ver.
 Roberto de Ver. Alwardo, sacerdote de Lauraham. Hugone,
 sacerdote de Waldingefeld. Alun. Alexandro. Alwardo. Teod-
 baldo. Clemente.

72. Carta Huberti de Montekanesy de terra Frebearn in Stanstede.

Sciant presentes & futuri quod ego Hubertus de Munchanesy dedi
 & concessi et hac presenti carta mea confirmavi deo & ecclesie sancte
 Marie de Colum & monachis ibi deo servientibus totam terram quam
 Friberean curthiller tenuit de me in Stanstede pro anima Rogeri filii
 mei & pro salute anime mee & uxoris mee Antigone et pro salute
 omnium parentum meorum vivorum & defunctorum in puram &
 perpetuam elemosinam ad luminare predicte ecclesie de Colum. Quare
 volo et precipio ut predicti monachi predictam terram habeant &
 teneant cum omnibus pertinentiis suis bene & in pace sine omni
 retinemento mei vel meorum heredum. His testibus. Alberico de
 Ver. Osberto de Gladefen. Roberto de Campes. Willelmo, dapifero
 comitis. Nicholao, & Johanne, capellanis comitis. Helya, & Henrico,
 servientibus prioris de Colum. Roberto ianitore. Johanne filio
 Roberti. et multis aliis.

*73. Karta Huberti de Montekanesy de quietaclamacione Ricardi filii
 Wulwardi et uxoris eius.*

Sciant presentes & futuri quod ego Hubertus de Munchanesy dedi
 & concessi & quietos clamavi Ricardum filium Wulwardi & uxorem
 eius & liberos eorum sine ullo retinemento mihi vel heredibus meis
 deo & ecclesie sancte Marie de Colum & monachis ibi deo servientibus
 pro salute anime mee & uxoris mee & antecessorum meorum &
 liberorum meorum vivorum & defunctorum, et pro hac donatione &
 concessione & quieta clamatione dedit mihi Reginaldus prior de Colum
 unam marcham argenti. Quare volo & precipio ut predicti monachi
 predictum Ricardum & uxorem eius & liberos eorum habeant &
 teneant bene & in pace sine omni exactione mihi vel heredibus meis
 pertinente et sine omni querela quam adversus eum habui ante istam
 donationem & quietam clamationem. His testibus. Willelmo filio

Radulfi. Willelmo filio Fulconis. Ricardo de Gosfeld. Willelmo, f. 25v.
dapifero comitis. Reginaldo de Bosevile. Roberto, dapifero prioris.
Johanne, Helya, servantibus prioris. Eadmundo, serviente comitis,
et aliis multis.

74. *Karta Huberti de Munchanesy de prato iuxta pontem de Aissesforde.*

Hubertus de Munchanesy omnibus hominibus suis Francis & Anglis
& universis ad quos hoc scriptum pervenerit salutem. Noverit
universitas vestra me dedisse & concessisse & hac carta mea confirmasse
deo & sancte Marie de Colum & monachis ibidem deo servantibus
unam acram prati quod iacet iuxta pontem de Aissesforde quam
Ricardus Harold tenuit in liberam & perpetuam elemosinam pro
salute anime mee & parentum meorum, et ut hec mea concessio firma
permaneat sigilli mei attestatione communivi. His testibus. Comite
Alberico. Alberico de Ver, filio eius. Stephano de Munchanesy.
Roberto de Richingahale. Johanne le Manant. Osberto de Gladefen.
Henrico de Codeham. Willelmo filio Fulconis. Willelmo de Colum,
clerico, et multis aliis, tam clericis quam laicis.

75. *Karta Huberti de Munchanesy de donatione patris sui scilicet
de terris & decimis.*

Hubertus de Munchanesy omnibus amicis & hominibus suis Francis
& Anglis presentibus & futuris salutem. Sciatis me concessisse &
presenti karta mea confirmasse deo & ecclesie beate Marie de Colum
& monachis ibi deo servantibus omnes donationes patris mei in
hominibus in terris in decimis et in omnibus aliis rebus sicut carte
patris mei testantur in puram & perpetuam elemosinam pro anima
patris mei et pro salute anime mee & omnium meorum vivorum &
defunctorum liberas & quietas ab omni seculari servitio mihi vel meis
pertinente, scilicet terram nostram Asseford & del Wauld quam
Willelmus filius Walteri tenuit, terram etiam Fairie scilicet dimidiata
virgatam que reddit unum denarium ad werpeni et totam terram que
fuit Willelmi Poidras que similiter reddit unum werpeni pro omni
servitio, et unum campum qui dicitur Bulnoteleya & homines in
supradictis terris manentes et dominium illorum hominum, duas etiam
partes decimarum omnium que debent decimari de dominio de
Stanstede & de molendino & de pasnagio nemorum meorum & de
essartis. Preterea dono & concedo & hac mea carta confirmo deo
& beate Marie & prefatis monachis de Colum pratum iuxta pontem
de Assesford a parte orientali et croftam que iacet inter domum

Ricardi Scillard & campum qui dicitur Westfeld quam Ricardus Harold de me tenuit liberam & quietam ab omni seculari servitio pro salute anime mee & Antigonie uxoris mee et omnium parentum meorum vivorum & defunctorum. Quare volo & precipio ut predicti monachi predictas terras & homines in eis manentes decimationes & omnia tenementa sicut in cartis patris mei & mea continetur habeant & possideant libere & quiete bene & in pace sicut libera elemosina dari debet. Et ut mea concessio & mea donatio firma permaneat sigilli mei testimonium huic carte apposui. His testibus. Henrico filio Reginaldi, et Rogero fratre eius. Osberto de Gladefen. Huberto filio Radulfi. Willelmo filio Fulconis, militibus. Roberto, & Radulfo, capellanis. Willelmo de Vaus. Toma filio Roberti. Roberto de Essexia. Roberto filio recluse. Helya, Vincentio, servientibus prioris. Petro de Haustede. Willelmo Trussehare, et multis aliis.

*76. Carta Radulfi filii Ade de tota terra de Mideltuna, tenemento
Ernoldi clericci. cum pertinentiis.*

Radulfus filius Adam omnibus filiis sancte dei ecclesie salutem in Christo. Noveritis tam presentes quam futuri quia ego Radulfus filius Adam concessi et in liberam & puram & perpetuam elemosinam dedi deo & sancte matri ecclesie de Colum dedicate in honore beate & gloriose virginis Marie totam terram de Mideltuna quam Ernold clericus tenuit cum omnibus libertatibus & pertinentiis eidem terre pertinentibus & adiacentibus, in bosco & in prato, in pascuis, & in cunctis rebus; et hanc concessionem & donationem feci ego & Matildis uxor mea & Willelmus filius meus, & hanc eamdem terram optulimus super altare beate & gloriose dei genetricis & virginis Marie in die nativitatis eiusdem proxime post redditum Henrici regis de expeditione de Gales. Et hoc feci pro salute anime mee & patris mei & matris mee & patrem meorum et nominatim pro salute anime Radulfi filii mei. Hanc predictam terram, quam predictus Eilnold clericus tenuit de feudo comitis Albrici de Adam patre meo & postea Gillebertus filius Eilnold de me, teneat predicta ecclesia de Colum liberam & quietam ab omni seculari servitio & exactione preter unum wardepeni. Testibus. Comite Alberico. Symone de Cantelu. Fulcone dapifero. Ricardo de Essartis. Radulfo de Ver. Rogero de Belchamp, & Willelmo, fratre eius. Petro de Kertlinges. Ricardo filio Mauricii. Toma filio Roberti. Willelmo filio Hugonis. Roberto de Campes. Hugone filio Gaufridi. Willelmo de Goldingham. Lamberd de Sudberia. Gefrido filio Willelmi. Alexandro filio Radulfi. Willelmo, clero comitis. Willelmo, clero de Pubemers. Eustachio filio Willelmi. Ricardo filio Willelmi. Alexandro filio Hugonis.

77. Carta Radulfi filii Ade de ecclesia de Waldingefelde.

Universis sancte matris ecclesie fidelibus presentibus & futuris Radulfus filius Ade salutem. Notum vobis facio me in presentia venerabilis patris nostri Willelmi Norewicensis episcopi quantum ad laicam spectat personam dedisse & concessisse in liberam & perpetuam elemosinam ecclesiam de Waldingefeld cum omnibus pertinentiis suis deo & ecclesie sancte Marie de Colum & monachis ibi deo servientibus, et preterea duas partes decime de meo dominio de omnibus rebus que decimari debent et duas acras terre prope ecclesiam de Waldingefeld ubi Hugo sacerdos mansionem suam habuit, pro mea salute & omnium meorum vivorum & defunctorum. His testibus. Willelmo Norewicensi episcopo. Willelmo, & Rogero, archidiaconis Norewicensibus. Ogero vicecomite. Magistro Stangrim. Magistro Osberto. Magistro Randulfo Pulcrello, et Magistro Adwardo. Huberto, sacerdote de Eia. Bernardo capellano. Waltero de Mideltune. Pagano filio Ailwardi. Gilleberto Carbunel, & Gaufrido, & Nicholao, fratribus suis. Willelmo filio Roce de Abendonia.

78. Karta Radulfi filii Ade de duabus acris terre in Waldingefeld.

Universis sancte matris ecclesie filiis tam futuris quam presentibus Radulfus filius Ade salutem. Notum vobis facio me dedisse & concessisse deo & sancte Marie & sancto Laurentio & ecclesie de Colum duas acras terre prope ecclesiam de Waldingefeld ubi Hugo sacerdos mansionem suam habuit in perpetuam elemosinam. His testibus. Helya capellano. Waltero de Mideltune. Magistro f. 27. Admundo. Ricardo, milite filio Willelmo. Gilleberto filio Radulfi. Petro forestario. Roberto, & Willelmo, & Hugone, famulis monachorum de Colum.

79. Karta Radulfi filii Ade de ecclesia de Waldingefeld.

Ego Radulfus filius Ade concessi & quantum laice pertinet persone in perpetuum dedi tertiam partem ecclesie de Waldingefeld cum pertinentiis ecclesie sancte Marie de Colum & fratribus in ibi deo servientibus libere & quiete in omnibus, et duas partes decime de dominio meo de Waldingefeld in elemosina pro mea & omnium meorum salute. His testibus. Roberto, episcopo Lundonensi. Ailwardo archidiacano. Willelmo de Ver. Adeliza de Ver. Hamone, clericu, & Willelmo, presbitero de Stisted. Teodbaldo, presbitero de Feringes. Sampsone clericu, & Filippo, clericu episcopi.

80. *Karta Radulfi filii Ade de decimis de dominio suo de Waldingefeld.*

Universis sancte ecclesie fidelibus Radulfus filius Ade salutem. Notum sit vobis ego in perpetuam elemosinam dono & concedo deo & monachis ecclesie sancte Marie de Colum duas partes decime de meo dominio de Waldingefeld libere & quiete perpetualiter habendas. Preterea quantum ad laicam pertinet personam concedo deo & prefatis monachis ut cum ecclesia de Waldingefeld ab Hugone sacerdote qualicunque ratione vacaverit ipsi totam portionem quam antecessores mei in eadem ecclesia habuerunt cum omnibus pertinentiis in terris in decimis & ceteris beneficiis libere habeant & in perpetuum possideant pro mea & omnium meorum salute. His testibus. Roberto, Lundonensi episcopo. Ailwardo archidiacano. Willelmo de Ver. Alyz de Ver. Hamone, clero de Stistede. Willelmo sacerdote. Sampsone clero. Filippo, clero episcopi Lundonensis.

81. *Karta Willelmi filii Radulfi de donatione patris sui.*

Gilleberto dei gratia Lundonensi episcopo & Willelmo dei gratia Norewicensi episcopo et omnibus sancte ecclesie filiis Willelmus filius Radulfi in Christo salutem. Noverit universitas vestra quod ego Willelmus concedo & presenti karta mea confirmo omnes donationes quas Radulfus pater meus concessit & fecit ecclesie sancte Marie de Colum & monachis ibi deo servientibus in terris, in decimis, in redditibus, & ceteris elemosinis, scilicet iiiij solidatas terre apud Sudberiam & ecclesiam de Walingefeld cum omnibus pertinentiis & totam decimam de dominio de Walingefeld & duas acras terre prope ecclesiam ubi Hugo sacerdos mansionem habuit libere & quiete in perpetuum; preterea concedo & confirmo terram quam Gillebertus tenet de Mideltune & terram quam Ernaldus mercator tenet in Elfel mestune de feudo comitis Alberici sicut pater meus concessit & dedit salvo tantum servitio regis & comitis Alberici, scilicet ad scuagium ad xx solidos xx denarios & ad plus plus & ad minus minus sicut quando evenerit. Hec vero omnia volo & concedo pro salute anime mee & patris mei & omnium parentum meorum quod predicti monachi de Colum teneant & possideant libere & quiete & pacifice in liberam & perpetuam elemosinam. His testibus. Fulcone dapifero. Ricardo de Sartis. Warino filio Ade. Gerardo de Hecham. Thuroldo filio Radulfi. Radulfo filio Petri. Ricardo filio Willelmi. Willelmo de Goldingham. Waltero de Mideltune. Willelmo, clero de Pubemers. Roberto, filio recluse de Colum. Gilleberto clero filio Radulfi. Helya, capellano de Colum Comitis, et Petro, capellano de Colum Willelmi de Kenney. Walchelino, capellano de Pubemers.

82. *Carta Gilleberti de Waldingefeld de ecclesia de Waldingefeld.*

Johanni dei gratia Norewicensi episcopo & universis sancte matris ecclesie filiis Gillebertus de Waldingefeld salutem. Universitati vestre notum facimus me dedisse & concessisse & hac mea karta confirmasse deo & sancte Marie & ecclesia de Colum & monachis ibidem deo servientibus omne ius meum quod habui in ecclesia de Walingefeld quantum ad laicam personam pertinet cum omnibus suis pertinentiis & libertatibus in puram & perpetuam elemosinam pro salute anime mee & antecessorum meorum & liberorum meorum. Hanc autem donationem & concessionem feci consensu & assensu Willelmi filii & heredis mei & aliorum filiorum meorum. Quare volo & precipio ut predicti monachi predictam ecclesiam habeant teneant & possideant cum suis pertinentiis libere & in pace iuste & honorifice sicut aliqua persona eam melius vel liberius unquam tenuit vel tenere poterit, et ut hec mea donatio firma & inconcussa permaneat cartam meam hanc sigilli mei appositione & testium annotatione confirmavi. His testibus. Comite Alberico, & filio eius Alberico. Willelmo filio Fulconis, & Roberto, filio comitis Alberici. Roberto de Cantelu. Stephano de Topesfeld. Nicholao, capellano comitis, et Willelmo clero, & Michaele clero comitis. Roberto de Campis. Willelmo, Ricardo, Roberto, Rogero, Radulfo, Michaele, filiis Gilleberti de Waldingefeld. Roberto clero, & Willelmo nepote suo. Alano de Patebroc, et multis aliis.

f. 28.

83. *Carta Ricardi de Sartis de terra Hareng.*

Ricardus de Sartis dominis & hominibus suis Francis & Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis me dedisse & concessisse in perpetuam elemosinam terram Harang quam Radulfus filius Roberti tenuit de me in Neilingherst deo & beate Marie & monachis de Colum liberam & quietam in perpetuum ab omni servitio mihi vel meis pertinente, sed erga regem & comitem dominum meum se defendet pro x acris. His testibus. Adeliza, uxore mea. Willelmo filio Warini. Ricardo del Ho. Bartholomeo. Ernaldo de Topesfelde. Radulfo filio Ade. Willelmo, clero comitis Alberici. Abel de Winepole, & Helya sacerdote, & Petro fratre eius. Alano portario. Hugone Pary. Gaufrido filio Gilleberti, & Stanardo.

84. *Karta eiusdem de aliis possessionibus ecclesie de Colum.*

Ricardus de Sartis dominis, amicis, & hominibus suis Francis & Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis universi me dedisse & concessisse & hac karta mea confirmasse in perpetuam elemosinam deo

& ecclesie sancte Marie de Colum terram Godelief de Elvelmestune nominatim ad luminare ecclesie liberam & quietam ab omni seculari servitio preter duos denarios qui debent reddi ad werpeni, & similiter terram quam Godwinus senex prepositus tenuit de me in villa de Pubemers, & decimam de molendino de Polheya, & terram Hareng quam Radulfus filius Roberti tenuit de me in Neilingaherst liberam & quietam ab omni seculari servitio mihi pertinente, sed erga regem & comitem dominum meum se defendet pro x acris. His testibus. Adelyza, uxore mea. Willelmo filio Warini. Ricardo del Ho. Bartholomeo. Stanardo. Radulfo filio Ade. Helya sacerdote, & Petro, fratre eius. Hugone Pary. Alano portario.

85. *Carta Ricardi de Sartis de decimis molendini de Polheia.*

f. 28v. Sciant universi fideles quod ego Ricardus de Essarz dedi in elemosina deo & ecclesie sancte Marie de Colum terram Godelief de Elfelmestune nominatim ad luminare ecclesie libere & quiete in omnibus preter duos denarios qui debent reddi ad werpeni, et similiter terram quam tenuit Godwinus senex prepositus in villa de Pubemers proprie ad karitatem fratrum in die quo fecerint commemorationem parentum meorum. Et preterea dedi & concessi decimam de molendino de Polheye ad communem victim monachorum. Hec dedi & concessi in perpetuum deo & sancte Marie & monachis de Colum pro salute anime mee & pro anima Willelmi comitis de Warenne & pro salute omnium meorum vivorum & defunctorum. His testibus. Adelyza uxore mea. Adam filio Gunteri. Urvoio, & Alberico filio eius. Willelmo filio Warini, & Petro filio eius.

86. *Karta Symonis de Bello campo de marcha quam dedit ecclesie de Colum de redditu molendini sui de Bello campo.*

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens carta pervenerit Symon de Bello campo salutem in vero salutari. Noverit universitas vestra me dedisse & concessisse & hac presenti carta confirmasse deo & sancte Marie & monachis de Colum in puram & perpetuam elemosinam pro salute anime mee & matris mee comitisse Rohese & comitis Alberici avunculi mei & aliorum antecessorum & successorum meorum unam marcham argenti de redditu per annum in molendino meo de Bello campo reddendam ad iiiij terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis & ad festum sancti Andree & ad Pasca & ad festum sancti Johannis baptiste, ad quemlibet terminum xl denarios. Et si forte evenerit quod per paupertatem vel per aliquod aliud infortunium ille qui molendinum tenuerit vel illa in reddendo

censu suo aliquo modo defecerit quantum defuerit priori & monachis de Colum de redditu suo, scilicet de marca argenti per annum, volo ut habeant de Ricardo filio Willelmi medici de Estune, scilicet de terra Bainardi, & de eius heredibus in perpetuum. Hanc autem donationem feci deo & sancte Marie & monachis de Colum ad operiendam ecclesiam beate virginis Marie & postea ad alias officinas eiusdem ecclesie. Et sciendum est quod neque prior neque monachi predicti de Colum possunt aliquid vendicare in molendino neque in redditu Ricardi filii Willelmi medici, scilicet de terra Bainardi, nisi tantum unam marcam argenti et omne residuum de redditibus & consuetudinibus molendini & predicte terre Bainardi remanebit quietum domino & heredibus eius. Quare volo & firmiter precipio quod predicti monachi de Colum hanc marcam argenti de redditu per annum quam eis dedi habeant & teneant bene & in pace honorifice libere & quiete ab omni seculari exactione sicut aliqua elemosina potest & debet melius & liberius dari & teneri. His testibus. Comite Alberico, & Alberico de Ver, filio eius, & Radulfo de Ver, Roberto de Ver, Willelmo filio Radulfi, David Loherengo, Gaufrido Rufo, Roberto de Campes, Rogero filio Roberti, militibus. Nicholao, Roberto, sacerdotibus. Willelmo de Colum, & Michaele, clericis. Roberto de Richespalde. Roberto de Colum, & Helya. Roberto filio Theodori. Johanne filio Hay. Rogero filio Alexandri. Willelmo, & Johanne filio Walteri, clientibus, & multis aliis tam laicis quam clericis.

f. 29.

87. *Karta Willelmi de Burgate de x solidatis terre avi sui & v solidatis Willelmi patris sui.*

Reverendo patri & domino Willelmo dei gratia Norewicensi episcopo & omnibus sancte ecclesie fidelibus Willelmus de Burgate salutem. Notum fiat vobis Adhelelmum avum meum dedisse x solidatas terre & Willelmum patrem meum v solidatas pro salute anime sue deo & ecclesie sancte Marie de Colum ubi corpora sepulta sunt. Quare ego concedo & hac carta mea confirmo deo & prefate ecclesie de Colum & monachis ibi deo servientibus totam terram de Pelegrave ad feudum meum pertinentem et homines in ea manentes presentes & futuros, & totam terram illam de Randestune ad feudum meum pertinentem quam tenebat Eadricus fleubotomarius & homines in ea manentes presentes & futuros, et x acras terre de meo dominio in perpetuam elemosinam, libere & quiete ab omni seculari servitio excepto tantum modo servitio comitis domini mei ad scuagium quandocum evenerit ad marcam argenti predicta terra de Pelegrave vj denarios reddet & predicta terra de Randestune tres denarios reddet, nisi comes dominus meus id condonare voluerit, & hoc servitium per priorem de Colum & per

f. 29v. aliquem suorum recipiam, ita ut manum non mittam neque aliquis
 meorum super homines predictos vel super pecunias eorum inper-
 petuum. His testibus. Alberico comite. Willelmo de Ver. Gaufrido
 de Ver. Walchelino Maminot. Symone de Cauntelu. Roberto de
 Cokefelde, & Adam fratre eius. Fulcone dapifero. Ricardo de
 Sartis. Radulfo filio Ade. Adam de Hosden. Roger de Bello
 campo. Roberto filio Ailrici, & Symone filio eius. Stephano filio
 Ernaldi. Gaufrido Arsic. Georgio. Filippo de Gerardvile, & multis
 aliis.

88. *Karta Henrici filii Reginaldi filii Godefridi de terra Pech in Nailingherst.*

Henricus filius Reginaldi filii Godefridi universis sancte matris ecclesie fidelibus presentibus & futuris salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse & hac carta mea confirmasse deo & ecclesie sancte Marie de Colum & monachis ibi deo servientibus totam terram que fuit Pech in Nailingherst in liberam & perpetuam elemosinam, quietam in omnibus ab omni servitio & consuetudine seculari mihi & heredibus meis pertinente, sed defendet se ad servitium regis sicut una alia virgata eiusdem ville, & Roberto de Wateville vel heredibus suis reddet iij solidos per annum pro omni servitio & consuetudine, et quando scutagium evenerit dabit predicta terra ad xx solidos xij denarios & ad plus plus & ad minus minus. Dono etiam eis & confirmo pro anima paris mei qui terram Pech eis antea dederat et pro anima matris mee & Reginaldi filii mei & Walteri fratris mei & omnium parentum meorum vivorum & mortuorum redditum duorum solidorum de tenemento quod Rogerus de Alwude de me tenet. Quare volo & precipio ut predicti monachi habeant & possideant predictum redditum & terram prenominatam libere & quiete sicut predictum est ab omni servitio & consuetudine mihi & heredibus meis pertinente. His testibus. Comite Alberico. Willelmo de Ver, fratre suo. Alberico de Ver, & Roberto, filii comitis Alberici. Symone de Cauntelu, & Radulfo, fratre suo. Hereberto de Mercheshale. Roberto de Valibus. Willelmo filio Fulconis. Reginaldo Harsiche. Roberto de Caumpes, & Roberto filio meo. Radulfo, & Simone, fratribus meis, et multis aliis.

89. *Karta Johannis Trezgoz de ecclesia de Mezcinges cum omnibus pertinentiis suis.*

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Johannes Trezgoz dedi
